eorundem et sic iudicio non recepto, ad quod se Templarii oferebant, bona ipsorum, que habebant in portu Bonelli⁷⁾ et aliis Armenie locis, ex quibus pro maiori parte sustentabantur fratres^{e)}, qui deputati sunt^{e)} ad subsidium Terre sancte, per violentiam occupavit ponens in domibus eorum custodes, qui suis rebus illos uti more solito prohiberent. Ceterum,
 5 quia neque precibus neque monitis idem rex ab huiusmodi proposito potuit revocari, eidem regi ex parte nostra et auctoritate, qua fungebaris, mandasti, ut^{f)} custodibus a domibus et rebus Templariorum amotis eosdem circa dispositionem rerum suarum consuete restitueret libertati. Set quia nec sic aliquatenus flecti potuit aut induci^{g)}, diem prefixisti eidem, infra quem desisteret ab huiusmodi male ceptis et res suas dimitteret pacifice possidendas, quia paratus eras, siquid adversus eos vellet proponere questionis, exhibere ipsi,
 10 quod postulat ordo iuris; alioquin, si duceret in sua iniusticia persistendum, se sciret excommunicacionis sententie subiacere. Cumque ipse in sua contumacia perduraret ac tu eundem excommunicacionis vinculo innodasses, auctoritate Dei et nostra omnibus indigenis et peregrinis in Ierosolimitanis partibus commorantibus districcius inhibere curasti, *
 15 ne ipsi regi ad faciendum^{h)} aliquam iniuriam vel violentiam Templariis vel rebus eorum impenderent auxilium vel favorem; alioquin, postquam ad eorum noticiam perveniret, cum ipso rege pariter se scirent excommunicacionis vinculo innodatos.

Propter quod contra Templarios magis ipsius regis ira deseivit, nam cunctis possessionibus earumque fructibus, quas in regno habebant Armenie, sunt iidem fratres ipso aufe-
 20 rente privati exceptis duabus illorum municionibus, quas dictus rex non potuit obtinere⁸⁾. Ut autem ipse illos amplius affligeret et gravaret, cum ad partes Anthiochenasⁱ⁾ iamdicti Templarii accessissent ad arces suas, quas adhuc in illis partibus obtinent, victualibus necessariis muniendas, idem rex, sicut ex litteris tuis accepimus, destruxit penitus casalia eorundem, que adhuc integra permanebant, licet ad ipsum omnes eorum redditus devenirent et sic cultoribus effugatis ipsorum usque hodie deserta et absque abitatore perdurant. Alia quoque vice, cum ivissent sepedicti Templarii, ut unam de suis arcibus victualibus communirent, homines regis aggressi sunt eos in quibusdam locorum angustiis constitutos et magistrum ac plures de fratribus et suis sociis vulnerarunt, unum ex eisdem fratribus crudeliter occidentes, preter alia dampna rerum, que tunc ipsis gravia irrogarunt.

30 Nos igitur sustinere nolentes, ut sepefati^{j)} fratres suis possessionibus spolientur, que ad defentionem sancte^{k)} Terre^{k)} sunt potissimum deputate, presertim cum ipsi semper parati fuerint eidem regi iusticiam exhibere ac ipse contempta iusticia possessiones easdem per violentiam occupavit, venerabilibus fratribus nostris patriarche Antiocheno⁹⁾ et archiepi-

^{e-e)} sunt *fehlt bei Bosquet; Baluze, Migne*: fratres deputati. ^{f)} et; ut *bei Bosquet und Migne*.
 35 ^{g)} induxi; induci *bei Bosquet und Migne*. ^{h)} *Bosquet, Migne*: faciendam. ⁱ⁾ *Bosquet, Migne*: Antiochenas. ^{j)} *Korr. aus sepefatis durch Unterpungierung des -s*. ^{k-k)} *Bosquet, Migne*: Terrae sanctae.

⁷⁾ Port-Bonell (bei Arsuz, Prov. Hatay, Türkei), an der Grenze zwischen dem Königreich Armenien und dem Fürstentum Antiochia gelegen; ebenfalls 1188 von Sultan Saladin erobert und 1191 von König Leo besetzt, spätestens 1213 an die Templer restituiert. Vgl. BULST-THIELE, *Magistri*, 164; RILEY-SMITH, *Templars*, 93–108; CHEVALIER, *Ordres*, 206f.

⁸⁾ Vielleicht die Burgen La Roche Guillaume und La Roche Roissol nördlich von Antiochia. S. Br. VII 189 Bd. 7 340 Z. 21–341 Z. 2. Vgl. BULST-THIELE, *Magistri*, 152f. mit Anm. 17; CHEVALIER, *Ordres*, 162.

⁹⁾ Peter von Magnano aus Vercelli, Abt von Lucedio (Zist.-Abtei, Diöz. und Prov. Vercelli)
 45 1184/1185, Abt von La Ferté-sur-Grosne (Zist.-Abtei, Diöz. Chalon-sur-Saône, Dép. Saône-et-Loire) wahrscheinlich 1205, B. von Ivrea (Suffr. von Mailand) 1206 (s. Br. IX 171 [172]), von Innocenz III. zum EB. von Thessalonike bestellt am 27. Juni 1208 (Br. XI 101 [106]), Patriarch von Antiochia bis 1217. Vgl. REY, *Dignitaires*, 140f.; MOORE, *Peter of Lucedio*; ALBERZONI, *Guido*, 239–245; DIES., *Vescovi*, bes. 116–129.

scopo Tirenſi¹⁰⁾ et Sidoniensi¹¹⁾, Tripolitano¹²⁾, Anteradenſi¹³⁾, Nimocienſi¹⁴⁾ et Famagustano¹⁵⁾ episcopis noſtris damus litteris in preceptis, ut auctoritate noſtra predictam excommunicationis ſententiam tam apud peregrinos quam apud indigenas terre ſollempniter publicantes eandem faciant per cenſuram eccleſiaſticam uſque ad ſatisfactionem condignam ſublato appellacionis^{l)} obſtaculo inuolabiliter obſeruari¹⁶⁾. Cariſſimum quoque in Christo
 5 filium noſtrum I(ohannem), regem Ieroſolimitanum¹⁷⁾ illuſtrem, per ſcripta noſtra monendum duximus et hortandum, uniuerſis eciam tam indigenis quam peregrinis in Ieroſolimitanis partibus commorantibus dedimus in mandatis, ut pro reuerentia beati Petri et noſtra necnon et intuitu Terre ſancte fratribus ipsis, quorum ſubſidium eidem terre
 10 noſcitur non modicum profuturum, iuxta quod tuo diſcreto^{m)} conſilio^{m)} duxeris providendum, ad recuperandum iura ſua preſtent ſuum auxilium et favorem¹⁸⁾. Quocirca fraternitati tue preſentium auctoritate mandamus, quatenus tam predictum regem Ieroſolimitanumⁿ⁾ quam alios ad predicta efficaciter adimplenda moneas diligentius et inducas¹⁹⁾.

Datum Laterani, XV Kal. Iunii, pontificatus noſtri anno quartodecimo.

l) *Gekürzt ab.* m-m) *Bosquet, Migne: conſilio diſcreto.* n) Ieroſoimtan(um). 15

¹⁰⁾ Clarembald von Broys, als EB. von Tyrus (Libanon) bezeugt 1203–1213. Vgl. FEDALTO, *Chiesa latina*, II 235; HAMILTON, *Latin Church*, 248–251; MAYER, *Kanzlei*, I 300f.; SCHENK, *Templar Families*, 243f.

¹¹⁾ Radulf von Merencourt, Domdekan von Akkon, Kanzler des Königreichs Jerusalem 1206–1215, Biſchof von Sidon (Libanon, Suffr. von Tyrus) 1210–1214, Patriarch von Jerusalem 1214/1215–1224. Vgl. MAYER, *Kanzlei*, 294–317 und ad indicem. 20

¹²⁾ B. von Tripoli (Ṭarābulus, Libanon; 1174 als Suffragan von Tyrus, 1213 bei der Ladung zum Laterankonzil unter den Erzbistümern geführt; Br. XVI 30 [MIGNE, *PL* 216, 825 D]; vgl. ANTWEILER, *Bistum Tripolis*, 117f.); vielleicht Gaufridus, vormals Archidiakon von Tours, der 1204–1209 mit Namen bezeugt, vielleicht aber mit dem 1212, 1214 (Br. XV 162, 163, 164, XVI 177; MIGNE, *PL*, 216 688f. bzw. 962) oder noch mit dem 1218 (PRESSUTTI, *Regesta Honorii III*, Nr. 1141) bezeugten Biſchof identisch ist. Vgl. FEDALTO, *Chiesa latina*, I 172f.; II 232; ANTWEILER, *Bistum Tripolis*, 109–129. 25

¹³⁾ Bandinus, als B. von Tortosa (Antaradus, Tartús, Suffr. von Tyrus, Syrien) bezeugt 1200–1215, gest. vor 1221; vielleicht identisch mit dem gleichnamigen Gegenkanzler (1188–1191) von Jerusalem. Vgl. FEDALTO, *Chiesa latina*, II 40; MAYER, *Kanzlei*, I 275f. 30

¹⁴⁾ Fulko, Bruder des EB. Eustorgius von Montaigut (aus der Auvergne) von Nikosia (1217–1250), B. von Limassol (Suffr. von Nikosia, Zypern) 1211–1218. Vgl. Albrici Monachi Triumphontium Chronicon (*MGH SS XXIII*) 947 Z. 30f.; FEDALTO, *Chiesa latina*, II 177; CLAVERIE, *Honorius III*, 144.

¹⁵⁾ Cesario d'Alagno, B. von Famagusta (Suffr. von Nikosia, Zypern) 1211–1225; EB. von Salerno 1225–1263. Vgl. FEDALTO, *Chiesa latina*, II 120; *DBI* 1 (1960) 552f.; CLAVERIE, *Honorius III*, 151f. 35

¹⁶⁾ Br. XIV 64 (65) und a pari.

¹⁷⁾ Johann (V.) von Brienne (Arr. Bar-sur-Aube, Dép. Aube), geb. ca. 1169/1174, König von Jerusalem 1210–1225, lateinischer Kaiser von Konstantinopel 1231–1237. S. auch Br. XII 27. Vgl. *Dict. HGE* 10 (1938) 698–709; *LMA* 5 (1991) 498f.

¹⁸⁾ Br. XIV 65 (66). 40

¹⁹⁾ Siehe weiters Br. XVI 7 (MIGNE, *PL*, 216, 792f.); MAYER, *Kanzlei*, I 303, 307; KIRSTEIN, *Patriarchen*, 432.

64 (65).

Innocenz III. befiehlt dem Patriarchen (Peter) von Antiochia (und dem Erzbischof [Clarembald] von Tyrus und den Bischöfen [Radulf] von Sidon, [Gottfried ?] von Tripoli, [Bandinus] von Tortosa, [Fulko] von Limassol und [Caesarius] von Famagusta), die Exkommunikation, die der Patriarch (Albert) von Jerusalem über den König (Leo) von Armenien wegen dessen Kontumaz und fortwährenden gewalttätigen Übergriffen gegen die Templer verhängt hat, unter den Pilgern und den Bewohnern des Landes bekanntzumachen und für ihre Einhaltung zu sorgen.

(Lateran, 1211 Mai ca. 18).

10 *Reg. Vat.* 8, fol. 59^v (Nr. 64 bzw. 65).

Bosquet 218, Nr. 63 (!) = *Baluze II* 535, Nr. 65 = *Migne, PL*, 216, 431, Nr. 65; *Halušcynskyj, Acta Innocentii*, 405, Nr. 174; *Schabel, Bullarium Cyprium*, I 155, Nr. b-32. – S. unten Abb. V. – *Poth. Reg.* 4248.

..^{a)} Patriarche^{b)} Antiocheno^{c, 1)}.

15 Cum inter Armenie regem²⁾ illustrem et cetera ut in alia usque questio^{d)} verteretur, venerabili fratri nostro Ierosolimitano^{e)} patriarche, apostolice sedis legato³⁾, nostris dedimus litteris in mandatis, ut questionem ipsam concordia vel iudicio terminaret, faciens, quod statueret, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Cum igitur et cetera in eundem fere modum ut in alia usque per^{f)} violenciam occuparit, fraternitati tue per apostolica
20 scripta precipiendo mandamus, quatenus predictam excommunicationis sententiam tam apud peregrinos quam apud indigenas terre sollempniter publicans eandem facias auctoritate nostra usque ad satisfacionem condignam per censuram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo inviolabiliter observari.

Datum ut in alia per totum.

25 In e(odem)^{g)} f(ere) m(odo)^{g)} scriptum est archiepiscopo Tirensi⁴⁾ et episcopo Sydoniensi⁵⁾.

In eodem^{h)} modo^{h)} scriptum est Tripolitano⁶⁾ et Anteradensi⁷⁾ episcopis.

In eodemⁱ⁾ modoⁱ⁾ scriptum est Nimociensi⁸⁾ et Famagustano⁹⁾ episcopis.

64. ^{a)} Fehlt bei *Bosquet*. ^{b)} Pratriarche. ^{c)} Antiocheo; Antiocheno bei *Bosquet* und *Migne*, Anthiocheno in den *Rubrizellen* (*BN Paris, Lat.* 4118, fol. 37^r). ^{d)} *Br. XIV 63 (64) S.* 102 Z. 19. ^{e)} Ierosolimitan(o). ^{f)} *Br. XIV 63 (64) S.* 103 Z. 33. ^{g-h)} *Bosquet*: eundem fere modum; so auch *Migne*. ^{h-h)} *Bosquet*: eundem modum; so auch *Migne*. ⁱ⁻ⁱ⁾ *Bosquet*: eundem modum; so auch *Migne*.

64. ¹⁾ *S. Br. XIV 63 (64) Anm.* 9.
35 ²⁾ *S. Br. XIV 63 (64) Anm.* 1.
³⁾ *S. Br. XIV 63 (64) Anm.* 2.
⁴⁾ *S. Br. XIV 63 (64) Anm.* 10.
⁵⁾ *S. Br. XIV 63 (64) Anm.* 11.
⁶⁾ *S. Br. XIV 63 (64) Anm.* 12.
40 ⁷⁾ *S. Br. XIV 63 (64) Anm.* 13.
⁸⁾ *S. Br. XIV 63 (64) Anm.* 14.
⁹⁾ *S. Br. XIV 63 (64) Anm.* 15.

65 (66).

Innocenz III. ermahnt den König J(ohann) von Jerusalem (und trägt allen Pilgern und Bewohnern von Outremer auf), die Templer, dem Rat des Patriarchen (Albert) von Jerusalem folgend, bei der Wiedergewinnung ihrer Rechte gegen den König (Leo) von Armenien zu unterstützen; die Exkommunikation, die der Patriarch über diesen verhängt hat, sollen der Erzbischof (Clarembald) von Tyrus und der Bischof (Radulf) von Sidon (, denen er in diesem Sinne schreibt,) unter den Pilgern und den Bewohnern des Landes bekanntmachen und für deren Einhaltung sorgen.

Lateran, 1211 Mai 19.

Reg. Vat. 8, fol. 59^v–60^r (Nr. 65 bzw. 66).

Bosquet 218, Nr. 64 (!) = Baluze II 536, Nr. 66 = Migne, PL, 216, 432, Nr. 66; Haluščynskyj, Acta Innocentii, 405, Nr. 174. – S. unten Abb. V. – Poth. Reg. 4249; Balladore Pallieri–Vismara, Acta pontificia, 501, Nr. 44.

I(ohanni), regi Ier(oso)limitano¹⁾ illustri.

Cum inter Armenie regem²⁾ illustrem et cetera in eundem [fere]³⁾ modum ut in lictera patriarcho Anthiocheno^{b, 3)} usque occuparit^{c)}, venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Tyrensi⁴⁾ et Sydoniensi⁵⁾ episcopo nostris damus litteris in preceptis, ut auctoritate nostra predictam excommunicationis sententiam tam apud peregrinos quam apud indigenas terre sollempniter publicantes eandem faciant per censuram ecclesiasticam usque ad satisfactionem condignam sublato appellationis obstaculo inviolabiliter observari. Quocirca serenitatem regiam* monemus attentius et hortamur, quatenus pro^{d)} reverentia beati Petri et nostra necnon et intuitu Terre sancte fratribus ipsis^{e)}, quorum subsidium eidem terre noscitur non modicum profuturum, ad recuperandum iura sua regium prestes auxilium et favorem, iuxta quod supradictus patriarcha suo discreto consilio duxerit providendum.

Datum Laterani, XIII Kal. Iunii, anno quartodecimo.

In^{f)} e(undem) fe(re) m(odum) scriptum est ipsis super hoc.

In e(undem) m(odum) ut in littera regis Ierosolimitani scriptum est universis tam indigenis quam peregrinis in Ierosolimitanis partibus commorantibus usque observari. Quocirca universitatem vestram rogamus attentius et hortamur per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus et cetera ut in eadem regis Ierosolimitani usque iura sua vestrum^{g)} prestetis auxilium et favorem, iuxta quod supradictus patriarcha suo discreto consilio duxerit providendum.

Datum ut in alia per totum.

65. ^{a)} So Bosquet und Migne. ^{b)} Bosquet, Migne: Antiocheni. ^{c)} Br. XIV 64 (65) S. 105 Z. 19. ^{d)} Fehlt bei Bosquet. ^{e)} ep(iscop)is; ipsis bei Bosquet und Migne. ^{f)} Davor ein Paragraphenzeichen. ^{g)} n(ost)r(u)m; vestrum bei Bosquet und Migne.

65. ¹⁾ S. Br. XIV 63 (63) Anm. 17.

²⁾ S. Br. XIV 63 (64) Anm. 2.

³⁾ S. Br. XIV 63 (64) Anm. 9.

⁴⁾ S. Br. XIV 63 (64) Anm. 10.

⁵⁾ S. Br. XIV 63 (64) Anm. 11.

66 (67).

Innocenz III. befiehlt dem Dekan (Maurus ?) und Konvent von Montecassino, dem von ihnen zum Abt gewählten Adenulf von Caserta Ehrerbietung und Gehorsam zu erweisen, während der Papst den Wahlvorgang und die Eignung des Gewählten überprüfen wird.

5 Lateran, 1211 Juni 4.

Reg. Vat. 8, fol. 60^r (Nr. 66 bzw. 67).

Bosquet 219, Nr. 65 (!) = Baluze II 536, Nr. 67 = Migne, PL, 216, 432, Nr. 67. – Poth. Reg. 4261; BFW 6102.

Decano¹⁾ [et]^{a)} conventui Casinen(sibus).

10 Cum electionis confirmatio postulatur, is, qui presidet, examinare debet et processum eligentium et personam electi, ut, si^{b)} canonicum processum invenerit et personam idoneam, electionem rite celebratam confirmet; quandoquidem unum sine altero non sufficiat, sed necessarium sit utrumque. Licet ergo dilectum filium Adinulfum^{c)} Casertan(um) omnes pariter elegeritis in abbatem²⁾, quia tamen in eius electione preter formam, quam
15 vobis^{d)} prefiximus, processistis et ipse, quamvis de industria plurimum commendetur, nobis tamen ad plenum cognitus non existit, volentes et traditionem canonicam et consuetudinem apostolicam observare tam processum eligentium quam personam electi examinare disposuimus diligenter³⁾. Verum, cum temporis instantis necessitas hoc exposcat⁴⁾, ut ipse, qui de nostro consilio et mandato rector est vestri monasterii constitutus, ad ipsius regimen diligenter intendat, ne absente pastore vicinus lupus gregem invadat, volumus
20 et mandamus, ut urgente huius necessitatis articulo se a provisione monasterii Casinensis personaliter non absentet, sed eo prudentius ad eius gubernationem intendat, quo propensius propter electionem de ipso factam ad eius obsequium obligatur. Nos enim, cum viderimus opportunum, ex causa, quam vobis magis subintelligendam quam exprimendam
25 relinquimus, tam ipsum quam quosdam e vobis [ad]^{e)} nostram presenciam curabimus evocare, ut^{f)} diligenti examinatione premissa in hoc negotio procedamus⁵⁾, sicut Domino inspirante noverimus procedendum, id vobis ex speciali gratia intimantes, quod, quantum

vgl. Ez 34, 5–8;
Io 10, 12

30 **66.** ^{a)} So *Bosquet und Migne.* ^{b)} in; si *bei Bosquet und Migne.* ^{c)} *Bosquet: Adiuolphum; Baluze, Migne: Adinulphum.* ^{d)} *Migne: nobis.* ^{e)} *So Bosquet und Migne.* ^{f)} *Am Rande von späterer Hand nachgetragen.*

66. ¹⁾ Vielleicht Maurus, als Dekan von Montecassino bezeugt 1215. Vgl. *Regesto di Tommaso Decano*, Nr. 28, S. 48.

35 ²⁾ Abt Petrus Comes von Montecassino, der sich und das Kloster Otto IV. unterworfen hatte, war am 28. Januar 1211 gestorben; Adenulf von Caserta, 1189 als Dekan von Montecassino bezeugt, der zu einem unbekanntem Zeitpunkt zum Nachfolger gewählt worden war (s. *Ryccardi de sancto Germano Chronica* [*RIS*² VII/2] 33f.), hatte sich vor allem militärisch und als Anhänger Kaiser Heinrichs VI. profiliert. Vgl. *INGUANEZ, Cronologia*, 419f.; *NEUMANN, Parteibildungen*, 252f.

40 ³⁾ Montecassino war eine exemte Abtei; vgl. *PAFF, Sankt Peters Abteien*, 173. Die Rechtsmeinung, exemte Prälaten müssten ihre Konfirmation vom Papst erhalten, bildete sich damals erst heraus. Vgl. *Br. V 82 (83) Bd. 5 S. 163 Z. 28–164 Z. 1, Br. VI 7 Bd. 6 S. 15 Z. 16–21 und Conc. Lat. IV, c. 26 (GARCÍA Y GARCÍA, Constitutiones, 72 Z. 18–28) = X 1. 6. 44 § 2 (FRIEDBERG, CorpIC, II 89f.)*.

⁴⁾ Innocenz III. bestätigte Adenulf als Abt im Juni 1212 „propter urgentem necessitatem“: *Ryccardi de sancto Germano Chronica (RIS*² VII/2) 46 Z. 14–17.

45 ⁵⁾ Adenulf wurde 1215 nach einer Untersuchung in der Abtei durch zwei päpstliche Delegaten abgesetzt, 1216 übertrug ihm der Papst die Kirchen S. Benedetto in Capua und S. Angelo in Formis. *Gest. 1225. S. Ryccardi de sancto Germano Chronica (RIS*² VII/2) 59f., 73 Z. 22–27, 126 Z. 38f.

cum Deo poterimus, vestris desideriis concurremus. Quocirca devotioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus in vestro laudabili proposito persistentes et contra electionem ipsam nichil penitus attemptantes taliter illi adesse curetis, reverentiam et obedientiam ei debitam impendendo, quod^{e)} ipse vestro suffultus auxilio commissum sibi officium utiliter exequatur et nos interim prudentiam et honestatem ipsius valeamus plenius experiri.

Datum Laterani, II Nonas Iunii, pontificatus nostri^{h)} anno quartodecimo.

67 (68).

Innocenz III. ermahnt den König (Georg) von Abasgien (Georgien), auch weiterhin, wie seine Vorfahren, gegen die Heiden im Heiligen Land zu kämpfen. 10

Lateran, 1211 Juni 7.

Reg. Vat. 8, fol. 60^r–60^v (Nr. 67 bzw. 68).

Bosquet 220, Nr. 68 = Baluze II 536, Nr. 68 = Migne, PL, 216, 433, Nr. 68. – Poth. Reg. 4267; Balladore Pallieri–Vismara, Acta pontificia, 592, Nr. 4267.

Illustri regi Auogui¹⁾.

15

Rex^{a)} noster potentissimus Ihesus Christus, qui dominatur a mari usque ad^{b)} mare et
 vgl. Ps 71, 8 a flumine usque ad terminos orbis terre, postquam^{c)} pro redemptione humani generis
 Phil 2, 7 semetipsum exinanivit formam servi accipiens et mortis demum angustias spontanea vol-
 untate subivit, in cruce positus sacratissimi sui corporis expansa^{d)} brachia^{d)} tenuit ad sig-
 nandum, quod non solum, postquam assumptus esset, omnia, prout promiserat, traheret
 vgl. Io 12, 32 ad seipsum, verum etiam sue fidei sectatores in hereditatis sue subsidium, in qua salutem
 fuerat operatus, accidia^{e)} imitatione vocaret, ut ad ipsius patrimonium defensandum anxia
 vgl. 1Pt 1, 19 devotione concurrerent, pro quorum redemptione preciosissimi sui sanguinis pretium
 inefabili pietate persolvit. Propter quod universos principes Christianos, qui sub ipsius
 tuitionis umbraculo salubri dispositione proficiunt, tanto sollicitius ad terre Ierosolimitane
 subsidium intendere convenit, quanto ex eo, quod inimici Christiane fidei conculcantur,
 non tam apud homines tituli eis laudis accrescunt, quam apud celestem Dominum,
 cui militant, eterne retributionis premia cumulantur. Cum igitur progenitorum tuorum
 vestigiis inherendo ad patrimonium Iesu Christi contra perfidos detentores ipsius tam
 devote quam potenter insistas, propter quod * devocionis tue propositum dignis in Domino
 * fol. 60^r laudibus commendamus, celsitudinem tuam rogamus attentius et monemus in remissionem
 tibi et tuis peccaminum iniungentes, quatinus inspiratum tibi divinitus tue salutis proposi-

^{e)} *Bosquet: quo; Baluze, Migne: quod.* ^{h)} *Fehlt bei Bosquet.*

67. ^{a)} *Am Rande ein schräger Strich und auf fol. 60^r längs des Briefes am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.* ^{b)} *a; ad bei Bosquet und Migne.* ^{c)} *posqua(m).* ^{d-d)} *expensa brachia; Bosquet, Migne: brachia expansa.* ^{e)} *Bosquet, Migne: assidua.* 35

67. ¹⁾ *Georg IV. Lascha, geb. 1193, 1207 Mitregent (mit seiner Mutter, der Königin Tamara, 1184–1213), 1213–1222 König von Georgien. Vgl. FÄHNRIICH, *Geschichte Georgiens*, 208–232. Der Name bezieht sich auf Abchasien (Abasgien), Westgeorgien, das nach der Vereinigung der Teilreiche im Königreich Georgien im Königstitel an erster Stelle stand. Zur Korrespondenz zwischen Kurie und Königshaus Georgiens, die 1221 wieder aufgenommen wurde, vgl. CLAVERIE, *Honorius III*, 221f.* 40

tum peramplius et perfectius prosequaris ad paganorum perfidiam comprimendam, ut per inquietudinem sollicitudinis temporalis eterne felicitatis quietem^{f)} tibi valeas comparare ac is, pro cuius obsequio laboras in terris, in participium sui regni te admittat in celis.

Datum Laterani, VII Idus Iunii, anno quartodecimo.

5

68 (69).

Innocenz III. empfiehlt dem Sultan (al-Malik az-Zāhir Ġāzī) von Aleppo den Patriarchen (Peter) von Antiochia und fordert ihn auf, diesen und dessen Kirche nach seinen Möglichkeiten zu schützen.

Lateran, 1211 Juni 7.

10 *Reg. Vat. 8, fol. 60^r (Nr. 68 bzw. 69).*

Bosquet 220, Nr. 69 = Baluze II 537, Nr. 69 = Migne, PL, 216, 434, Nr. 69; Haluščynskyy, Acta Innocentii, 405, Nr. 175; Lupprian, Beziehungen, 108, Nr. 2; Cipollone, Cristianità – Islam, 528, Nr. 39. – Poth. Reg. 4268; Röhricht, Regesta, 227, Nr. 852.

15

Nobili viro Soldano^{a)} de Alapia¹⁾ ad veritatis pervenire noticiam et in ea salubriter permanere.

Sicut^{b)} veridica multorum relatione didicimus, etsi nondum christiane religionis susceperis sacramenta, fidem tamen catholicam veneraris in multis Christi fidelibus deferendo. Unde de illius immensa pietate confidimus, quod te sue visitationis radiis illustrabit, ut gracia divine cognitionis accepta ad cultum eterni et veri Dei, qui pro salute hominum factus est temporaliter verus homo, devotus aspires. Quapropter^{c)} in nomine Ihesu Christi te attentius exhortamur, quatenus iusticiam excolas et diligas veritatem, que in salutis semitam dirigent gressus tuos, et venerabilem fratrem nostrum Anthiochenum^{d)} patriarcham²⁾, quem sue probitatis intuitu inter ceteros fratres et coepiscopos nostros sincera diligimus in Domino caritate, habens ob reverenciam nostram propensius commendatum ipsum et ecclesiam eius non permittas, quantum in te fuerit, ab aliquibus indebite molestari, quinimmo eidem exhibeas auxilium et consilium oportunum, ut per hoc divine maiestatis gratiam et apostolice sedis favorem tibi valeas comparare³⁾.

Datum Laterani, VII Idus Iunii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

^{f)} *Das zweite -e- korr. aus -a-.*

30 **68.** ^{a)} Saldano; Soldano bei Bosquet und Migne; so auch in den Rubrizellen, BN Paris, Lat. 4118, fol. 37^r.

^{b)} *Am Rande ein schräger Strich und längs des Br. am Rande ein senkrechter, z. T. gewellter Strich.*

^{c)} *Davor ein Paragraphenzeichen.* ^{d)} Bosquet, Migne: Antiochenum.

68. ¹⁾ al-Malik az-Zāhir Ġāzī, Sohn Sultan Saladins, Sultan von Aleppo 589/1186–613/1216. Vgl. *First Encyclopaedia of Islam* VIII 1190f.; *Encyclopédie de l'Islam* I 204f.; LUPPRIAN, *Beziehungen*, 312; zu seiner Rolle als Unterstützer Bohemunds IV. im antiochenischen Erbstreit vgl. *ebd.* 28–31; CHEVALIER, *Ordres*, 147 mit Anm. 381.

²⁾ S. Br. XIV 63 (64) Anm. 9.

³⁾ Die Allianz mit Aleppo war eine wichtige Komponente im Kampf des Grafen Bohemund IV. von Tripolis gegen König Leo von Armenien im antiochenischen Erbfolgestreit; zum Zusammenhang zwischen Innocenz' Vorgehen gegen König Leo wegen der Übergriffe gegen die Templer und der Positionierung des Patriarchen von Antiochia gemeinsam mit den Templern, der Kommune und dem Grafen von Tripolis vgl. HAMILTON, *Latin Church*, 221.

vgl. Ps 36, 23;
Prv 16, 9 u. ö

69 (70).

Innocenz III. erlaubt dem Patriarchen P(eter) von Antiochia, der die Anzahl der Pfründen in seiner Domkirche von 18 auf 20 erhöhen möchte, zum Nutzen seiner Kirche zu verfahren.

(Lateran, 1211 Juni ca. 7).

Reg. Vat. 8, fol. 60^r (Nr. 69 bzw. 70).

Bosquet 221, Nr. 70 = Baluze II 537, Nr. 70 = Migne, PL, 216, 434, Nr. 70. – Potth. Reg. 4269.

5

P(etro), patriarche Antiocheno¹⁾.

Cum preter decem et octo prebendas, que in ecclesia tua esse noscuntur, duas de novo de redditibus mense tue creare disponas et de tuorum canonicorum assensu statuere, ut viscesimo canonicorum numero eadem^{a)} ecclesia sit contenta, fraternitati tue, de cuius discrecione plenam fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus id super^{b)} hiis sublato cuiuslibet appellationis et contradictionis obstaculo de tuorum canonicorum assensu constituas, quod animarum saluti et eiusdem ecclesie utilitati videris expedire.

Datum ut in alia.

15

70 (71).

Innocenz III. erlaubt dem Patriarchen P(eter) von Antiochia, durch die Kriege geschädigte Besitzungen der Kirche von Antiochia in Emphyteuse oder Pacht zu vergeben.

(Lateran, 1211 Juni ca. 7).

Reg. Vat. 8, fol. 60^r (Nr. 70 bzw. 71).

Dumay 58, Nr. 9; Bosquet 221, Nr. 71 = Baluze II 537, Nr. 71 = Migne, PL, 216, 435, Nr. 71. – Potth. Reg. 4270.

20

Eidem^{a, 1)}.

Cum^{b)} quedam possessiones ecclesie tue deteriorate sint plurimum propter guerras et concedendi easdem in hemphyteosim vel ad firmam a nobis licentiam duxeris postulandam^{c)}, fraternitati tue^{d)}, de cuius discrecione plenam fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus^{e)} super hiis ad ecclesie tue commodum cum capituli tui assensu facias, quod videris expedire.

Datum ut^{f)} in alia per totum^{f)}.

25

69. ^{a)} ear(um); eadem *bei Bosquet und Migne.* ^{b)} *Bosquet: supra.*

30

69. ¹⁾ S. Br. XIV 63 (64) Anm. 9.

70. ^{a)} *Dumay: Patriarchae Antiocheno.* ^{b)} *Am Rande ein schräger Strich.* ^{c)} *postulenda(m).*

^{d)} *Dumay: vestrae.* ^{e)} *Dumay: quod.* ^{f-f)} *Dumay: Laterani, septimo Idus Iunij, Pontificatus anno decimo-quarto.*

70. ¹⁾ S. Br. XIV 63 (64) Anm. 9.

35

71 (72).

Innocenz III. trägt dem Patriarchen P(eter) von Antiochia auf, sich im Vertrauen auf Gott und die Unterstützung durch den Papst standhaft um die Befreiung des Heiligen Landes von den Heiden zu bemühen, empfiehlt ihm den Domthesaurar S., seinen Boten beim heiligen Stuhl, und dankt für das Geschenk eines goldenen Kreuzes und Seidenstoff, die dieser ihm überbrachte.

Lateran, 1211 Juni 7.

Reg. Vat. 8, fol. 60^r–61^r (Nr. 71 bzw. 72).

Bosquet 221, Nr. 72 = Baluze II 537, Nr. 72 = Migne, PL, 216, 435, Nr. 72. – Potth. Reg. 4271.

10

Eidem^{a, 1)}.

Si^{b)} terra illa, in qua vera pax nostra dominus Ihesus Christus, qui fecit utraque unum, pro salute humani generis nasci dignatus est, illo perturbante, qui noviter universa pene orbis terre fundamenta commovit, pressuris diversis exponitur, perturbationibus conquisatur et impugnatur eciam ab inimicis nominis Christiani, non sic tuus animus debet pro hiis deici et interius commoveri, quin te taliter per spiritus fortitudinem ad temptationes exponas, quod idem circa tribulationes huiusmodi potius dilatetur, in infirmitatibus gloriando, quia fidelis Deus, qui non patitur servos suos ultra posse temptari, te ac alios, quorum fidem per instantem temptationem examinat, consolabitur citius, quam credatur, et sustinentium se timoribus in habundantia votive securitatis occurret. Vasa namque figuli probat fornax, et iusti opera tribulationibus enitescunt, et unde iusticia interdum extingui creditur, roboratur.

Monemus igitur fraternitatem tuam et in Domino propensius exhortamur per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus in illo sperans, qui servos suos edocuit, cum audirent sediciones et prelia, non terreri, et Altissimum refugium tuum ponens in tribulationibus, que tibi cedent ad gloriam, non deficias, sed conforteris in eo, qui bella conterit et cui nomen est Dominus quique^{c)} multorum superbiam paucorum humilitate prostravit, sicut vir strenuus et robustus dans studium diligens et operam^{d)} adhibens cum aliis fidelibus efficacem^{e)} ad^{f)} eliminandam a Terra sancta divina preeunte potentia spurcitiā paganorum de gratie nostre favore securus, quod apostolicum tam tibi quam illi terre non deerit auxilium in hiis, que viderimus expedire ac nobis divina misericordia ministrabit.

Quia vero dilectus filius S., thesaurarius Antiochenus, * se multis pressuris exposuit pro tuis negotiis apud sedem apostolicam laborando et ea tamquam vir prudens exequutus est diligenter, ipsum tibi apostolicis litteris duximus commendandum rogantes, quatenus ob reverentiam beati Petri et nostram taliter habeas commendatum eundem, quod idem apostolicas preces apud te sibi sentiat profuisse ac alii exemplo ipsius ad tua et ecclesie Antiohene^{g)} obsequia fortius animentur. Ad hec de cruce aurea et diaspro nobis ex parte tua per eundem liberaliter presentatis graciārum tibi referemus^{h)} acciones.

Datum Laterani, VII Idus Iunii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

71. ^{a)} Bosquet: Eisdem; Baluze, Migne: Eidem. ^{b)} Am Rande zwei kurze schräge Striche; darunter ein langer schräger Strich. ^{c)} quinque; quique bei Bosquet und Migne. ^{d)} op(er)em. ^{e)} Bosquet: efficientem; Baluze, Migne: efficacem. ^{f)} a de. ^{g)} Bosquet, Migne: Antiochena. ^{h)} Bosquet, Migne: referimus.

71. ¹⁾ S. Br. XIV 63 (64) Anm. 9.

72 (73).

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Tore) von Trondheim und dessen Suffraganen, die Darlegung des zum König von Norwegen gewählten Philipp (Simonsson), von vertragsbrüchigen Parteilägern des von ihnen zum König erhobenen Inge (Bårdsson) bedrängt worden zu sein, auf das ihm zustehende Königtum zu verzichten, zu untersuchen und dem Papst darüber zu berichten, nachdem Philipp an ihn appelliert und ihm die Entscheidung über das Königtum übertragen hat.

Lateran, 1211 Juni 7.

Reg. Vat. 8, fol. 61^r (Nr. 72 bzw. 73).

Bosquet 222, Nr. 73 = Baluze II 538, Nr. 73 = Migne, PL, 216, 436, Nr. 73. – Poth. Reg. 4272; Storm, Regesta Norvegica, I 37, Nr. 222; Gunnes, Regesta Norvegica, I 127, Nr. 342.

Vgl. Nielsen, Innocent III, 16–19.

Nidrosiensi archiepiscopo¹⁾ et suffraganeis eius²⁾.

Ad^{a)} nostram noveritis audientiam pervenisse, quod obeunte Swero, qui Norwagie^{b)} regno presederat³⁾, fautores eius, qui Birkibani⁴⁾ dicuntur, quendam ipsius nepotem Ingonem⁵⁾ nomine sublimare nitebantur in regem, quorum conatibus viri prudentes et nobiles, qui genus regium Norwegie^{c)} plene noverant, resistentes iuvenem quendam Philip-

72. ^{a)} Unterhalb der Initiale eine Rasur vertikal entlang der folgenden drei Zeilen, darauf die erste Zählung 72. Am Rande längs des Briefes ein senkrechter, z. T. gewellter Strich. ^{b)} Migne passim: Norwegiae. ^{c)} Bosquet in der Folge: Norvuegiae.

72. ¹⁾ Tore (I.) Gudmundsson, EB. von Trondheim (Nidaros) 1206–1214. Vgl. JOHNSEN, *Eldste tid*, 184–188; *Norsk Biografisk Leksikon* 9 (2005) 205.

²⁾ Suffragane von Trondheim: Oslo, Hamar, Bergen und Stavanger in Norwegen; Orkney und Färöer nördlich Schottlands; Man–Sodor in der Irischen See; Skálholt und Hólar auf Island; Gardar auf Grönland. Vgl. SEEGRÜN, *Papsttum und Skandinavien*, 163f.; IMSEN, *Nidaros Church*, 16f. S. Br. VIII 215 (214) Bd. 8 S. 375 Z. 10–12 vom 13. Februar 1206.

³⁾ Sverre Sigurdsson, König von Norwegen 1184–1202, als Anführer der Birkebeiner (s. unten Anm. 4) im Aufstand gegen König Magnus V. Erlingsson (s. unten Anm. 7), der 1184 im Kampf gegen ihn fiel, an die Macht gekommen, wurde wegen seines Konflikts mit den norwegischen Bischöfen, die ins Exil gingen, 1193 vom EB. von Trondheim exkommuniziert, von den Päpsten Coelestin III. und Innocenz III. mit geistlichen Strafen belegt und starb, ohne mit der Kirche ausgesöhnt und von ihr anerkannt worden zu sein. S. Gesta Innocentii, c. 59 (MIGNE, PL, 214, CVIII–CXIX; GRESS-WRIGHT 85); Br. I 320 Bd. 1 466 Z. 1f. vom 30. Juli 1198, I 382–384 vom 6. Oktober 1198, VI 213 (214) vom 24. Januar 1204. Vgl. GATHORNE-HARDY, *Royal Impostor*; HELLE, *Norwegian Kingdom*, 373–375; *Norsk Biografisk Leksikon* 9 (2005) 54–58; BAGGE, *Stronghold*, 40–66.

⁴⁾ Birkebeiner, im Norwegen des späten 12. Jhs. zunächst Bezeichnung für Aufständische aus sozial niederen Schichten, die Sverre Sigurdsson zu ihrem Anführer wählten, dann allgemein für dessen und seiner Nachfolger Parteiläger verwendet. Vgl. LMA 2 (1983) 224; HELLE, *Norwegian Kingdom*, 374–376; BAGGE, *Stronghold*, 54.

⁵⁾ Inge II. Bårdsson, König von Norwegen 1204–1217, Neffe König Sverres, wurde tatsächlich erst nach dem Tod von Sverres Sohn Hákon III. Sverresson (König von Norwegen 1202–1204) und dessen minderjährigen Neffen Guttorm Sigurdsson (König von Norwegen 1204) zum König erhoben. Nach dem Vergleich von 1208 (s. unten Anm. 10) herrschte er über den Westen und den Norden des Reichs um Bergen und Trondheim. Vgl. *Norsk Biografisk Leksikon* 5 (2002) 23; 4 (2001) 260; 3 (2001) 446; HELLE, *Norwegian Kingdom*, 375.

pum⁶⁾ nomine a clare memorie Magno⁷⁾ et Ingone⁸⁾, antiquis et catholicis Norwegie regibus, trahentem originem, insignem genere ac morum honestate preclarum in regem concorditer elegerunt. Ipsi itaque pro regno certantibus et destruentibus male terram tandem divina ex alto prospiciente clementia per tuam, frater archiepiscopo, ac^{d)} venerabilis fratris nostri Aloensis episcopi⁹⁾ sollicitudinem^{e)} et operam^{f)} diligentem sic sunt inter eos pacis federa¹⁰⁾ reformata, ut utroque dignitatem et nomen regium retinente, si hoc tamen ex dispensatione noster approbaret assensus, Ingo^{g)} in^{g)} quadam, Philippus vero in altera Norwegie parte regnet. Hiis igitur ita^{h)} dispositis contigit, quod idem Philippus, ad quem regnum – sicut accepimus – hereditario iure¹¹⁾ spectat, cum adversariis suis colloquium habiturus accessit, quem iidem adversarii sui cum innumera multitudine circumdantes¹²⁾, licet prius fuerit datis obsidibus diffinitum, cum quantis deberent utrique sociis³⁾ convenire, asserebant firmiter se cum ipso Ph(ilippo) pacis fedus nullatenus inituros, nisi a se nomen regium abdicaret. Qui constitutus in arctoⁱ⁾, ne nobilitatem sui generis macularet infamia et fedus pacis inite violaret^{k)}, ad appellationis remedium convolvit¹³⁾ committens causam suam nostro arbitrio terminandam^{l)}, ut videlicet, quem magis idoneum

^{d)} *Am Rande eine Klammer und: No(ta) p(ro) electio(n)e regis p(er) subditos facienda in zwei Zeilen, rechts mit spitzer Klammer verbunden.* ^{e)} sollicitudi(n)e; sollicitudinem *bei Bosquet und Migne.* ^{f)} op(er)em; operam *bei Bosquet und Migne.* ^{g-h)} Ingoni; Ingo *in bei Bosquet und Migne.* ^{h)} *Am Rande ein schräger Strich.* ⁱ⁾ *Bosquet, Migne: copiis.* ^{j)} areto. ^{k)} v- *korr. aus n-.* ^{l)} termi(n)ande(m).

⁶⁾ Philipp (Filippus) Simonsson, König von Norwegen 1207–1217, Neffe König Inge Krokryggs (s. unten Anm. 8) und B. Nikolaus' von Oslo (s. unten Anm. 9), durch die von diesem geführte Partei der Bagler (s. unten Anm. 9) zum König erhoben. Nach dem Vergleich von 1208 (s. unten Anm. 10) herrschte er im Osten des Reichs. Vgl. *Norsk Biografisk Leksikon* 3 (2001) 97f.; HELLE, *Norwegian Kingdom*, 375.

⁷⁾ Wahrscheinlich Magnus III. Olavsson, König von Norwegen 1093–1103, der Großvater König Inges I. (s. unten Anm. 8). Vgl. *Norsk Biografisk Leksikon* 6 (2003) 210f. Vielleicht ist aber Magnus V. Erlingsson, König von Norwegen 1156–1184, gemeint, der eine kirchenfreundliche Politik verfolgte und im Krieg gegen den aufständischen Sverre Sigurdsson fiel, jedoch als politischer und nicht genealogischer Vorgänger verstanden werden musste. Vgl. *LMA* 6 (1991) 98; *Norsk Biografisk Leksikon* 6 (2003) 212; HELLE, *Norwegian Kingdom*, 373f., 378.

⁸⁾ Inge I. Haraldsson Krokrygg, König von Norwegen 1136–1161, dessen Halbschwester Margarethe die Mutter von König Philipp Simonsson war. Vgl. *Norsk Biografisk Leksikon* 5 (2002) 22f., 30f.

⁹⁾ Nikolaus Arnesson, B. von Oslo (Suffr. von Trondheim) 1190–1225, Halbbruder König Inges I. und über seine Schwester Margarethe ein Onkel von König Philipp Simonsson, war seit 1196 das Haupt der unter dem Parteinamen Bagler bekannten Opposition gegen König Sverre. Vgl. *Norsk Biografisk Leksikon* 6 (2003) 502; *LMA* 1 (1980) 1346f.; HELLE, *Norwegian Kingdom*, 374f.; ORNING, *Unpredictability*, 372 (Index); BAGGE, *Stronghold*, 59–63.

¹⁰⁾ Im Vergleich von Kvitøy 1208 teilten die Könige unter Vermittlung der Bischöfe und unter Druck ihrer Gefolgsleute das Reich (s. oben Anm. 5, 6). Vgl. GUNNES, *Regesta Norvegica*, I 124, Nr. 333; 125, Nr. 334 (Sommer 1208); s. auch 123, Nr. 328; 124, Nr. 331; ORNING, *Unpredictability*, 203. Im 11. und 12. Jh. übten in Norwegen öfters zwei oder mehrere Könige die Herrschaft gleichzeitig aus. Vgl. HELLE, *Norwegian Kingdom*, 370f., 373, 375, 377f.; BAGGE, *Stronghold*, 40f., 52f., 58f., 64.

¹¹⁾ Wohl 1163 oder 1164 war auf einer Versammlung ein vorrangiges Nachfolgerecht des ältesten Sohns beschlossen worden, doch setzte sich diese Vorstellung erst langsam durch. Vgl. GUNNES, *Regesta Norvegica*, I 58, Nr. 111; HELLE, *Norwegian Kingdom*, 377.

¹²⁾ Zum Erscheinen der Birkebeiner zu Verhandlungen in größerer Stärke als vereinbart, allerdings auf das Treffen bei Kvitøy bezogen, vgl. *Sagaen om baglere og birkebeiner* 330; zu späteren Versuchen, König Philipp zur Resignation zu zwingen, ebd. 336f., 342f.

¹³⁾ S. GUNNES, *Regesta Norvegica*, I 126, Nr. 341.

iudicemus, ille regio sublimaretur nomine ac honore, quod principes Birkibanorum¹⁴⁾ penitus renuentes se nostro numquam stare velle iudicio proponebant.

Licet autem super hiis quorundam testimoniales littere¹⁵⁾ nobis fuerint destinate, quia tamen per eas non est facta nobis super^{m)} tali et tanto negotio plena fides, per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus, quatinus Deum habentes pre oculis inquiratis super
vgl. Ps 53, 5 hiis plenissime veritatem et eam nobis per litteras vestras fideliter intimetis, ut per vestram relacionem instructi securius in ipso negotio procedere valeamus.

Datum Laterani, VII Idus Iunii, pontificatus nostri anno XIII^o.

73 (74).

Rechtsauskunft für den Erzbischof (Anselm) von Neapel: Das Interdikt, das dieser über die Stadt Neapel wegen deren Anhängerschaft an den sogenannten Kaiser O(tto) verhängt hat, ist bis zu einer Genugtuung einzuhalten; die Taufe von Kindern, deren Paten exkommuniziert sind, darf nicht verweigert werden.

Lateran, 1211 Juni 16.

Reg. Vat. 8, fol. 61^r (Nr. 73 bzw. 74).

*Dumay 59, Nr. 10; Bosquet 223, Nr. 74 = Baluze II 538, Nr. 74 = Migne, PL, 216, 437, Nr. 74. – Poth. Reg. 4274; BFW *6109.*

Neapolitano archiepiscopo¹⁾.

Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum civitatem Neapolitanam^{a)} supposueris interdicto et credatur a pluribus, quod secundum tenorem litterarum nostrarum, que continent excommunicationem O(ttonis)^{b)} dicti^{b)} imperatoris²⁾ et eius sequantium^{c)}, civitas ipsa non debuerit interdici, tibi exponere dignemur, utrum illud debeat observari. Ad quod tibi breviter respondemus, quod, cum Neapolitani iurando et prestando favorem eidem sententiam excommunicationis incurrerint^{d)} et excommunicatis^{d)} sint

^{m)} -p(er) *korr. wahrscheinlich aus -b; Bosquet, Migne: sub.*

¹⁴⁾ Zur Rolle der adeligen Interessensgruppen in den Thronkämpfen vgl. HELLE, *Norwegian Kingdom*, 371–373, 377.

¹⁵⁾ S. GUNNES, *Regesta Norvegica*, I 126, Nr. 340.

73. ^{a)} Neapolitane(m). ^{b-b)} *Fehlt bei Dumay.* ^{c)} *Dumay, Bosquet, Migne: sequacium.* ^{d)} *Dumay: excommunicati.*

73. ¹⁾ Anselm, EB. von Neapel 1191–1214. Vgl. *DBI* 3 (1961) 386; KAMP, *Kirche und Monarchie*, I/1 312–315.

²⁾ Otto IV. von Braunschweig, römisch-deutscher König 1198, am 4. Oktober 1209 zum Kaiser gekrönt. Gest. 1218. Zu seinem Feldzug gegen das Königreich Sizilien im Herbst 1210 und 1211 vgl. HUCKER, *Otto IV.*, bes. 145–155.

³⁾ Zur Exkommunikation Kaiser Ottos IV. im Februar (latae sententiae) bzw. Sommer (in zwei Briefen an den EB. von Ravenna und B. von Cremona) und am 18. November (allgemeine Verkündigung) 1210 (*BFW* 445e) vgl. HAIDACHER, *Zeitpunkt*; DERS., *Exkommunikation*. Am 31. März 1211 bekräftigte der Papst die Exkommunikation (*BFW* 445c).

⁴⁾ Zum Übertritt Neapels auf die Seite Kaiser Ottos, welcher vordergründig auch im Konflikt der Stadt mit dem papsttreuen Aversa begründet war, ca. im April 1211 s. Ryccardi de Sancto Germano

absque dubio interdicta divina officia et ecclesiastica sacramenta, illud est usquequaque ad satisfacionem idoneam^{e)} observandum, nec morientes sunt ad penitentiam admittendi, nisi iurent se mandatis ecclesie parituros⁵⁾ et abiurent dicto imperatori prestita iuramenta, nec, eciamsi iuraverint, tradi debent ecclesiastice sepulture, si absque excommunicatorum et interdictorum obsequio nequeunt tumulari. Ad hoc autem, utrum pueri, cum patrini^{f)} excommunicationi sint et interdicto suppositi, debeant baptizari, fraternitati tue taliter duximus respondendum, quod, cum baptismus sacramentum neccessitatis existat⁶⁾, propter patrinatorum^{g)} delictum illud non debet talibus denegari.

Datum Laterani, XVI Kal. Iulii^{h)}, anno XIII^o.

10

74 (75).

Innocenz III. verbietet, dass der stadtrömische Skrinier Cyrinus, der die von ihm angefertigte Beurkundung einer Verpachtung von Klostergut seitens der Äbtissin von S(S). Ciriaco (e Nicola) in Rom an deren Verwandte auf päpstlichen Befehl zu vernichten hat, von den Nutznießern des Vertrags oder vom Senat deswegen behelligt werde.

15

Lateran, 1211 Juli 12.

Reg. Vat. 8, fol. 61^r–61^v (Nr. 74 bzw. 75).

Bosquet 224, Nr. 75 = Baluze II 539, Nr. 75 = Migne, PL, 216, 438, Nr. 75. – Potth. Reg. 4279.

Cyrino, scriniario Urbis¹⁾.

Super commissa nobis ecclesiarum cura et earum specialiter, que in Vrbe consistunt, quarum debemus potissimum indempnitatibus precavere, gerentes sollicitudinem, prout convenit, diligentem, tibi dedimus in preceptis, * ut dicta, que super locacione ab abbata monasterii sancti Cyriaci de Vrbe²⁾ de bonis ipsius monasterii consanguineis suis facta confecerat, destrueres et deleres. Ne igitur tibi propter hoc vel ab illis, quibus locatio facta fuit, aut eciam a Senatu³⁾ sive a quolibet alio aliquo tempore gravamen aliquod in-

vgl. 1Mcc 16, 14

* fol. 61^r

25 ^{e)} Dumay: idoneum. ^{f)} Bosquet: Patrimi; Baluze, Migne: patrimi; s. auch Einleitung S. XXXII. ^{g)} Bosquet: Patrimorum; Baluze, Migne: patrimorum. ^{h)} Bei Dumay folgt: Pontificatus nostri.

Chronica (*RIS*² VIII/2) 33 mit Anm. 4; vgl. HAIDACHER, *Zeitpunkt*, 141; NEUMANN, *Parteibildungen*, 36. Neapel datierte bis 1215 nach Kaiser Otto, das Interdikt dürfte 1213 aber wieder aufgehoben worden sein. Vgl. FUIANO, *Napoli*, 52–56.

30 ³⁾ Der Eid des zu Absolvierenden, sich dem Urteil des zuständigen Richters zu unterwerfen. Vgl. *JL* 13967 (Alexander III.), 15749 (Urban III.) = Comp. I 5. 34. 15, 1. 2. 8 = X 5. 39. 10, 12 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 892); HOLTZMANN, *Kanonistische Ergänzungen*, Nr. 119.

⁶⁾ *Decretum Gratiani*, De cons. D. 4 c. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 1361).

74. ¹⁾ Vielleicht „Cyrinus Iohannis Sassonis, scriniarius S. R. E.“, der 1209 eine Schenkung bei S. Cyriacus beurkundete (BAUMGÄRTNER, *Regesten*, 112, Nr. 69) und 1210, 1214 für S. Silvestro in Capite tätig war: FEDERICI, *Regesto*, 527, Nr. 65; 530, Nr. 70.

²⁾ monasterium S. Cyriaci, Benediktinerinnen-Abtei SS. Ciriaco e Nicola, seit dem 10. Jh. bezeugt, hinter der Apsis von S. Maria in Via Lata, Teil der heutigen Piazza del Collegio Romano, Rione Pigna, 1435 aufgehoben. Als Äbtissinnen amtierten im fraglichen Zeitraum Constantia 1198–1208 und Theodora 1208–1221. Vgl. CAVAZZI, *Diaconia*, 98f., 243–266; LOMBARDI, *Roma*, 236.

³⁾ Zur personellen Verflechtung des Klosters mit den städtischen Amtsträgern, insbesondere dem Personal des römischen Senats, der von den Nonnen auch meist als Schiedsgericht bei Streitigkeiten angerufen wurde, vgl. BAUMGÄRTNER, *S. Maria in Via Lata*, bes. 132–137.

feratur, presentium auctoritate statuimus sub excommunicationis pena districtius inhibentes, ne quis te super hoc presumat aliquo tempore molestare.

Nulli ergo omnino^{a)} hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei^{a)} et cetera usque incursum.

Datum Laterani, IIII Idus Iulii, anno XIII^o.

5

75 (76).

Innocenz III. trägt dem Bischof (Sicard) von Cremona, dem Elekten (Gerhard) von Albano und dem Abt (Bajamont) von (Chiaravalle della) Colomba auf, für die Kirche von Ferrara – nachdem nach längerer Vakanz zuletzt der von ihnen erwählte Jordanus (Forzatè) aus Padua abgelehnt und der Markgraf (Azzo) von Este um Aufschiebung ersucht hat – einen geeigneten Bischof zu bestellen.

Lateran, 1211 Juni 7.

Reg. Vat. 8, fol. 61^v (Nr. 75 bzw. 76).

Bosquet 224, Nr. 76 = Baluze II 539, Nr. 76 = Migne, PL, 216, 438, Nr. 76. – Poth. Reg. 4265; BFW **6104.

15

Cremonensi episcopo¹⁾ et Albanensi electo, apostolice sedis legato²⁾, necnon et abbati de Columba³⁾.

Per^{a)} litteras, quas nobis olim vos, frater Cremonensis et fili abbas, transmittere procurastis, intelleximus evidenter vos gratum et acceptum pariter habuisse, quod de eligendo in ecclesia Ferrariensi pastore⁴⁾ nominando sancti Ioh(ann)is priorem⁵⁾, archidiaconum Parmensem⁶⁾ et magistrum Iordanum, Reginum^{b, 7)} doctorem, aut quemlibet alium, secundum quod vobis melius videretur, benigna vos instructione curavimus erudire, vos^{c)} autem cupientes mandatum nostrum exequucioni mandare, quia priorem et archidiaconum preficere nimis grave propter consanguineos uni parti⁸⁾ contrarios videbatur, ad promovendum^{d)} illorum aliquem cautius evitastis, Iordanum vero apud Reginum^{e)} doctorem

25

74. ^{a-a)} Migne: etc. institutionis.

75. ^{a)} Am Rande ein Kreuz. ^{b)} Baluze, Migne: Rheginum. ^{c)} Bosquet: Nos; Baluze, Migne: Vos. ^{d)} Bosquet: promouendam. ^{e)} Bosquet, Migne: Rheginum.

¹⁾ Sicard, B. von Cremona 1185–1215. Vgl. COLEMAN, *Sicard*; ALBERZONI, *Visitatores*, 96, Anm. 109.

²⁾ S. Br. XIV 49 (50) Anm. 2.

³⁾ Bajamont (Visconti ?), als Abt von Chiaravalle della Colomba (Zist.-Abtei bei Fiorenzuola, Diöz. und Prov. Piacenza) bezeugt 1186–1222. Vgl. BERTUZZI, *Badia*, 44; *Dict. HGE* 13 (1956) 312; RAPETTI, *Formazione*, 93 (mit Anm. 51), 94 (Anm. 54)–100 und ad indicem.

⁴⁾ Der B. von Ferrara, der Kanonist Huguccio von Pisa, war am 30. April 1210 gestorben. Vgl. MÜLLER, *Huguccio*, 35f.

⁵⁾ Kollegiatstift, „monasterium“ S. Giovanni di Castel Tedaldo in Ferrara, 1102 der Abtei Nonantola übertragen. Vgl. GOEZ–GOEZ, *Urkunden*, 208, Nr. 71; BENATI–SAMARITANI, *Chiesa di Ferrara*, 50f.

⁶⁾ Albert Fieschi von Lavagna, Bruder des B. Obizzo von Parma, Archidiakon von Parma vor 1194–Mai 1210. Vgl. AFFÒ, *Storia di Parma*, III 326, Nr. 30; LASAGNI, *Dizionario* (<http://www.parmaelasustoria.it/ita/Ferrarini-Fontanili.aspx?idMostra=38&idNode=249#fieschi>) [11. 2. 2015].

40

⁷⁾ Reggio Emilia.

⁸⁾ Zum virulenten internen Parteienkonflikt s. auch unten Anm. 11; vgl. CIPOLLONE, *Gerardo da Sesso legato*, 369f.

neminem invenire valentes fratrem Iordanum Paduanum⁹⁾, quem sciebatis opere ac sermone potentem, elegistis concorditer in pastorem. Verum cum hoc idem penitus recusarit et Estensis^{f)} marchio¹⁰⁾ capta Ferraria¹¹⁾ instanter peteret dilationem huius electionis propter novitatem eventus nostris auribus intimandam cumque preterea quidam^{g)} assererentur parati obicere vos vestro esse functos officio, quia vobis magis congruum videbatur, ut cautionem reciperetis de rebus episcopii gubernandis ac disponendis, eidem electioni superesedere curastis, et quid superesset agendum, nostre reliquistis beneplacito voluntatis. Nolentes igitur, ut dicta Ferrariensis ecclesia diucius pastoris solacio defraudetur¹²⁾, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus^{h)} ante omnia Deum pre oculis habentesⁱ⁾ eidem ecclesie provideatis personam idoneam in pastorem¹³⁾, ut ex hoc apud Deum et homines debeatis merito commendari.

Quodsi non omnes et cetera, tu, fili electe, cum eorum altero ea et cetera.

Datum Laterani, VII Idus Iunii, anno quartodecimo.

76 (77).

15 *Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Hubald) von Ravenna auf, die Burg Argenta entweder selber zu schützen und zu befestigen oder in die Obhut des Markgrafen (Azzo) von Este zu übertragen, wenn gewährleistet ist, dass dieser sie für die Kirche von Ravenna in Obhut hat.*

Lateran, 1211 Juni 4.

Reg. Vat. 8, fol. 61^v (Nr. 76 bzw. 77).

20 *Bosquet 225, Nr. 77 = Baluze II 539, Nr. 77 = Migne, PL, 216, 439, Nr. 77. – Poth. Reg. 4260; BFW *6103.*

Archiepiscopo Rauennati¹⁾.

Fraternitati^{a)} tue presentium auctoritate mandamus, quatenus castrum Argent(e)²⁾ taliter custodire studeas et munire, quod ex eo non possis incurrere aliquod detrimentum.

25 ^{f)} *Bosquet: .. Estensis.* ^{g)} *-a- korr. aus -c-.* ^{h)} *Bosquet: quantinus.* ⁱ⁾ *statuentes; so auch Bosquet. Die Emendation bei Baluze und Migne.*

⁹⁾ Giordano Forzatè, sel., geb. ca. 1158, Benediktiner, Prior von S. Benedetto in Padua, Ordensreformator und Protagonist in der Stadt- und Parteienpolitik in Padua und der Trevisanischen Mark, gest. 1248. Vgl. *DBI* 49 (1997) 267–270; RIGON, *Elezioni*, 385–393.

30 ¹⁰⁾ Azzo VI. von Este, geb. ca. 1170, gest. November 1212. Vgl. *DBI* 43 (1993) 320–322.

¹¹⁾ Azzo VI., Podestà von Ferrara und Mantua, hatte nach der Exkommunikation Ottos IV. als Parteigänger des Papstes den Vikar des Kaisers Hugo von Worms (vgl. HUCKER, *Otto IV.*, 193; 482, Nr. 158) und seinen Gegenspieler um Einfluss in Ferrara, Salinguerra (II.) Torelli, aus Ferrara vertrieben (3. März 1211). S. unten Br. XIV 76 (77), 79 (80); vgl. HAIDACHER, *Beiträge*, 61; TILLMANN, *Azzo*;

35 CASTAGNETTI, *Società*, bes. 198–201.

¹²⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* D. 65 c. 4 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 250).

¹³⁾ Ein neuer B. von Ferrara wird erst mit Roland (III.), bezeugt im September 1214, B. bis 1231, ernannt. Vgl. BAROTTI, *Serie*, 35; FRIZZI, *Memorie*, III 71; VASINA, *Comune*, 122.

76. ^{a)} *Am Rande ein Kreuz.*

40 76. ¹⁾ Hubald, EB. von Ravenna 1208–1216. Vgl. LANZONI, *Cronotassi*, 114–116; VASINA, *Elezione*, 61f.

²⁾ Argenta, Prov. Ferrara, zwischen Ferrara und Ravenna gelegen, war 1210 von Otto IV. besetzt worden. Vgl. VASINA, *Argenta*, bes. 87f.

Quodsi non omnes et cetera, tu, frater episcopo, cum eorum altero et cetera.

Datum Laterani, XVI Kal. Decembris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

126.

Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Peter), dem Abt (Johannes) von Saint-Victor und dem Domkanoniker Magister R(ober) von Courson, alle von Paris, den Grafen (Herveus) von Nevers (, den er dazu ermahnt,) bei Strafe der Exkommunikation und des Interdikts über

^{b)} Fehlt bei Bosquet und Migne. ⁱ⁾ Bosquet: suam. ^{j)} ae. ^{k)} Baluze, Migne: remittentes.

⁹⁾ S. Br. XIV 58 (59) Anm. 6.

¹⁰⁾ Besançon.

¹¹⁾ Die Statuten für die beiden Domkapitel, die B. Bernhard von Genf anlässlich der Visitation, die er wohl im Zug der Untersuchung gegen den Erzbischof durchführte, erließ, sprechen auch das Problem der Konkubinarier an. Vgl. DE VREGILLE, *Statuts*, 111–116, bes. 115 § 13, 14.

¹²⁾ Margarethe, als Äbtissin von Remiremont (Kanonissen-Abtei, Diöz. Toul, Arr. Épinal, Dép. Vosges) bezeugt 1211–1231. Vgl. HLAWITSCHKA, *Studien*, 117–119; BRIDOT, *Chartes Remiremont*, 318 (Index); *LMA* 7 (1995) 708f.

¹³⁾ Vgl. auch *Decretum Gratiani* C. 2 q. 1 c. 20 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 448).

seine Länder zu zwingen, für die der Abtei Vézelay zugefügten Schäden Genugtuung zu leisten, falls es dem König Ph(ilipp) von Frankreich (, dem er in diesem Sinne schreibt,) nicht gelingen sollte, innerhalb von zwei Monaten eine gütliche Einigung zwischen dem Grafen und der Abtei herbeizuführen, und erstreckt diese Vollmacht auf drei Jahre.

5

Lateran, 1211 November 13.

Reg. Vat. 8, fol. 72^r–73^r (Nr. 126).

Bosquet 263, Nr. 126 = Baluze II 563, Nr. 126 = Migne, PL, 216, 481, Nr. 126. – Poth. Reg. 4332, 4332*; Bréquigny, Table chronologique, IV 513.

**Episcopo¹⁾ et dilectis filiis abbati sancti Victoris²⁾ et magistro R(oberto)
de Corzon canonico³⁾, Parisien(sibus).**

10

Non^{a)} solum zelus domus Domini, qui nos commedit, quociens^{b)} ab illis comprimitur^{c)},
per quos^{d)} deberet ab opprimentibus extento brachio defensari, nos vehementer inducit,
verum etiam ille sincere dilectionis affectus, quo dilecti filii nobilis viri comitis^{e)} Niuer-
nensis^{f)} zelamur salutem et honorem diligimus, exhortatur, ut, siquando nobis aliqua de
15 ipsius attibus referuntur, que famam suam obnubilant apud homines et conscientiam
maculant apud Deum contra libertatem ecclesiasticam attempando, apud eum monitis
et exhortationibus insistamus, quatenus predecessorum suorum sequens vestigia, qui ec-
clesiam Dei studuerunt honore congruo venerari, ea pro Deo et propter Deum^{f)} per se
ipsum corrigat et emendet, diligenti meditatione considerans^{g)}, quod Dominus iustus
20 iudex principes illos, qui se in conspectu eius humiliant et ecclesie sue exhibent se devotos,
non solum glorificat in futuro, verum etiam magnificat in presenti, et illorum posteritas
est precisa de terra, qui libertatem ecclesiasticam infregerunt.

20

Ad^{h)} nostram sane audientiam dilecto filio G(altero), abbate Virziliacensi⁵⁾, significan-
te pervenit, quod, cum comes prefatus monasterii Virziliacensis defensor esse deberet et
pro eodem se murum defentionis opponere ascendentibus ex adverso, ipse non solum
25 opprimentibus non obsistit, verum eciam de defensore factus est – quod non sine amarit-
tudine cordis referimus – persequitor, non minus compascentes eidem quam monasterio
memorato, quia, etsi monasterio intulerit dampna rerum, sibi tamen dampnum innocen-
cie, quod est gravius, irrogavit. A quadriennio namque, quoⁱ⁾ ad regimen monasterii as-
sumptus extitit, idem abbas eumdem favorabilem non potuit invenire, quinpotius ipsum
30 monasterium in rebus interioribus et^{j)} exterioribus^{j)} graviter molestavit, licet per partes de
bonorum virorum consilio in quingentis libris Prouenientium⁶⁾ et amplius servierit sibi
gratis, cum ad nullum servicium ex debito teneretur nec novus abbas, sicut comes eidem
obiecerat, aliquod sibi deberet^{k)} servitium exhibere. Hiis igitur non contentus cuidam civi

35 126. ^{a)} Am Rande zwei kurze schräge Striche. ^{b)} Migne: quoties. ^{c)} Bosquet, Migne: opprimitur.
^{d)} quod; quos bei Bosquet und Migne. ^{e)} Bosquet: ... Comitis. ^{f)} Bosquet: Dominum; Baluze,
Migne: Deum. ^{g)} -s korr. ^{h)} Davor eine Art Paragraphenzeichen. ⁱ⁾ duo; quo bei Bosquet und
Migne. ^{j)} Fehlt bei Migne. ^{k)} Bosquet: debet; Baluze, Migne: deberet.

40 126. ¹⁾ S. Br. XIV 123 Anm. 1.

²⁾ S. Br. XIV 123 Anm. 2.

³⁾ S. Br. XIV 15 Anm. 3.

⁴⁾ S. Br. XIV 123 Anm. 5.

⁵⁾ S. Br. XIV 123 Anm. 4.

⁶⁾ Die von den Grafen der Champagne geschlagene Pfennigmünze von Provins. Vgl. DIEUDONNÉ,
45 Manuel, IV 132f.; SPUFFORD, Handbook, 164; DU CANGE, Glossarium, VI 545, 549.

Bituricensi⁷⁾ nongentas libras, in quibus ei monasterium minime tenebatur, abbatem eundem solvere compulit, idem comes asserens se fideiussorem illi fuisse de predicta pecunie quantitate. Cuidam quoque Iudeo, qui batismi suscipiens sacramentum prefato monasterio dimiserat centum libras, reverso ad Iudaismum quasi canis ad vomitum abbatem ipsum coegit persolvere prefatam quantitatem pecunie pro sue libito voluntatis et servientes ipsius predas, somarios, quadrigas et res alias eiusdem monasterii et suorum hominum de terra monasterii sepenumero acceperunt, in quibus, etsi per eum illa fuerint restituta, monasterium tamen dampnum non modicum noscitur incurrisse. Iidem eciam servientes nemora monasterii pro libito destruunt et quadrigas eiusdem pro castrorum ipsius comitis municionibus capientes ipsas interdum per tres ebdomadas et quandoque per mensem detinere presumunt. Preterea eiusdem monasterii malefactores sepedictus comes receptans ipsius homines contra illud agentes manutenere ac defensare contendit, qui sepedicti cenobii iura ubique¹⁾ deberet¹⁾ illibata servare, et licet nec ad eiusdem comitis nec ad alterius curiam idem abbas et monachi super aliquibus trahi debeant secularem⁸⁾, sicut patet per privilegia pontificum Romanorum⁹⁾, ipse tamen eosdem ad forum suum super^{m)} multis multociens evocavit moliens eiusdem infringere monasterii libertatem. Pluries quoque vias et semitas circa Virziliacum fecit arteⁿ⁾ adeo custodiri, quod nec ligna nec aqua illuc afferri neque alia necessaria potuerunt, anno preterito locum eundem vindemiarum tempore sic constringens, quod monasterii homines nec ad vindemiandum egredi poterant nec somarii ad mustum vel ad aliud deferendum, impediendo mercatum et capiendum somarios, victualia et quelibet alia necessaria deferentes. Et cum ad mandatum carissimi in Christo filii nostri Ph(ilippi)^{o)}, Francorum regis¹⁰⁾ illustris, a molestatione huiusmodi destitisset, quamplures ipsis et eorum hominibus multas et enormes iniurias manifeste ac clanculo intulerunt. Quidam namque predones per terram eiusdem comitis ingressum et egressum habentes, qui comedentes in quadam villa ipsius cum preda monasterii sunt inventi, Virziliacum^{p)} per aliquantum temporis sic vallarunt, quod nec monachis nec aliquibus hominum monasterii tutus patebat egressus. Porro cum Iocelinus miles, homo eiusdem comitis, equitaturis et rebus aliis quosdam de monachis spoliavit eisdem opprobria inferendo et^{q)} quendam prioratum ad ipsum monasterium pertinentem invaserit violenter et surripuerit bona eius, idem ab eodem abbate et ipsius fratribus humiliter requisitus nec illius nec aliorum malefactorum malitiam voluit refrenare, licet id solo verbo facere potuisset, quinpotius afflictionem superaddens afflictis prioratum de Dornetiaco¹¹⁾ sasivit ad idem monasterium pertinentem et bona ipsius per dimidium annum detinens occupata ipsos decimis eiusdem ville, quas per annos plurimos possederant, spoliavit, et extendens ad hactenus inaudita postmodum manus suas molendinorum

¹⁻⁾ *Bosquet, Migne*: deberet ubique. ^{m)} *Bosquet*: supra. ⁿ⁾ *Bosquet, Migne*: arcte. ^{o)} *Bosquet*: P. ^{p)} *Bosquet, Migne*: Virziliacum. ^{q)} *Fehlt bei Bosquet und Migne*.

⁷⁾ Bourges, Dép. Cher.

⁸⁾ Vgl. *Decretum Gratiani* C. 11 q. 1 c. 3, 5, a. c. 12, 33, 40, a. c. 43 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I 627, 629, 635, 638f.).

⁹⁾ Schon im Privileg Papst Calixts II. von 1120 (*JL* 6805), im Privileg Innocenz' III. von 1198: Br. I 150 Bd. 1 S. 219 Z. 1–10; Br. vom November 1201: *Poth. Reg.* 1530; vgl. HAGENEDER, *Rechtsstellung*, 92–95 mit Anm. 21, 31.

¹⁰⁾ S. Br. XIV 51 (52) Anm. 3. Er hatte 1192 die Einigung über die Prokurationen (s. Br. XIV 123 Anm. 7) vermittelt; weitere Interventionen zugunsten der Abtei sind nicht bekannt.

¹¹⁾ Priorat Saint-Pierre in Dornecy, Cant., Arr. Clamecy, Dép. Nièvre, Diöz. Autun. Vgl. *Monumenta Vizeliacensia* 643 (Index).

eorundem ferros per servientes suos fecit exinde absportari. Propter quod cenobii supra-
dicti conventus adeo fuit artatus⁷⁾, quod, nisi ad preces quorundam virorum bonorum
restituisset eosdem, necessitate cogente claustrum fuisset egressus.

Ceterum I. nato quondam⁸⁾ prepositi Asconii¹²⁾, qui hereditario iure in ipsius loci
5 prepositura succedere nititur, qui potius deberet obsistere, se favorabilem exhibens idem
comes abbatem et conventum predictos compellere nititur, ut eidem in foro civili respon-
deant super illa, licet coram civili vel ecclesiastico iudice super⁹⁾ ipsa cuiquam respondere
non debeant nisi de mandato sedis apostolice speciali¹³⁾.

Verum cum ab eis ipse fuerit sepius requisitus, ut super his et aliis iniuriis ipsis mul-
10 tipliciter irrogatis satisfieri faceret competenter ab ipsorum indebita molestatione quiescens,
preces eorum surdis auribus pertransivit, quinimmo priorem monasterii et quasdam per-
sonas alias in stagnum suum est proicere comminatus. Et licet fere conventus medietas
Niuernum⁴⁾ accedens et coram eo humi prostrata eidem super hoc humiliter supplicarit,
eorum tamen precibus nequivit aliquatenus inclinari. Demum eius consiliariis prefati
15 monachi supplicarunt, ut cum eo tractarent de pace inter se et sepedictum monasterium
reformanda, qui eis post multos tractatus habitos cum eodem taliter responderunt, quod
eius non possent benivolentiam obtinere, nisi ab eis sibi [et]⁵⁾ a burgensibus Virceliati⁶⁾
mille libre Proueniensium solverentur, quod iidem exequi utique nequivissent sine gravi
et enormi monasterii detrimento. Ob³⁾ hoc siquidem predicti burgenses perterriti adeo
20 extiterunt⁷⁾, quod, nisi abbas prefatus arripuisset propter hoc iter ad sedem apostolicam
veniendi, se deserto Virceliaco²⁾ in urbibus et oppidis regiis recepissent, presertim cum per
archiepiscopos et episcopos, abbates et alios viros religiosos et per nobilem virum ducem^{aa)}
Burgundie¹⁴⁾ ac barones alios et tandem per regem prefatum moneri eum fecerint et rogari,
ut ab ipsorum molestatione desistens et satisfaciens eis de dampnis et iniuriis irrogatis
25 monasterium ipsum cum villa et suis hominibus manuteneret et defenderet, ut teneretur;
nec sic potuerit ad hec eius animus inclinari.

Hiis etiam non contentus hoc anno, postquam idem abbas iter arripuit ad sedem
apostolicam veniendi, per ministros suos comes ipse vindemias Virceliati^{bb)} fecit adeo
impediri, quod eiusdem loci burgenses vindemiare tempore congruo nequiverunt ipsis
30 ministris mercenarios de vineis expellentibus et uvas spargentibus per plateas, quampluri-
bus de hominibus monasterii vulneratis, captis somariis et ex eis pluribus interfectis.
Unde^{cc)} idem monasterium dampnum ad valentiam quingentarum librarum et burgenses
trium milium marcarum et amplius incurrisse dicuntur. Illud autem, quod monasterium
et burgenses de vindemiis habuerunt, regis predicti beneficio est obtentum, qui huiusmo-
35 di prohibuit malefactum. Preterea iidem^{dd)} ministri molendinum prepositi eiusdem mo-
nasterii confringentes molas et ferrum ipsius per violentiam asportarunt.

De quibus omnibus tanto gravius sumus moti, quanto magis sepedictum mona[sterium] *
maiori amplectimur^{ee)} in Domino caritate. Cum igitur hec noscantur in salutis eiusdem

⁷⁾ *Bosquet, Migne*: arctatus. ⁸⁾ *Bosquet*: ... quondam. ⁹⁾ *Bosquet*: supra. ⁴⁾ Niuernen.; so
40 auch *Bosquet*; Nivernum bei *Baluze und Migne*. ⁵⁾ *Die Ergänzung bei Baluze und Migne*. ⁶⁾ *Bosquet*:
Virzeliaci; *Migne*: Virziliaci. ³⁾ *Bosquet, Migne*: Ex. ²⁾ *Bosquet, Migne*: extiterant. ¹⁾ *Bosquet*,
Migne: Virzeliaco. ^{aa)} *Bosquet*: .. Ducem. ^{bb)} *Bosquet, Migne*: Virziliaci. ^{cc)} *Bosquet*: Verum;
Baluze, Migne: Unde. ^{dd)} idem; iidem bei *Bosquet und Migne*. ^{ee)} *Bosquet*: amplectuntur; *Baluze*,
Migne: amplectimur.

45 ¹²⁾ Asquins, Cant. Vézelay, Arr. Avallon, Dép. Yonne. Vgl. *Monumenta Vizeliacensia* 645 (Index).

¹³⁾ S. oben Anm. 8 und Br. I 150 Bd. 1 S. 219 Z. 1–10, S. 220 Z. 37–S. 221 Z. 3.

¹⁴⁾ S. Br. XIV 29 Anm. 2.

comitis dispendium^{ff)} redundare et eius honori^{gg)} non congruat hoc tempore tam nobile membrum sedis apostolice, videlicet ipsum monasterium, persequi, quo idem et alii catholici principes in persecutione, quam Dei ecclesia patitur a tyrampno, ipsi viriliter adesse deberent sicut devoti filii pie matri^{hh)}, nobilitatem eius per nostras litteras rogamus attentius et monemus et exhortamur in Domino in remissionem sibi peccaminum iniungentes, ut ob eius reverentiam et honorem, qui dat humilibus gratiam et superbis resistit, se in conspectu eius humilians prefatis abbati et conventui sic per se ipsum satisfaciat de predictis ab ipsorum et monasterii sui indebita molestatione quiescens, quod eis de ipso nulla remaneat iusta materia conquerandiⁱⁱ⁾, et divinam quam in hiis offendit graviter maiestatem valeat complacare ac per hoc apostolice sedis mereatur propensius gratiam et favorem.

vgl. Lc 1, 51f.

Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatinus, nisi rex prefatus, cui super hoc dirigimus scripta nostra, infra duos menses pacificare et terminare sine firmatione duelli ortas inter eundem comitem et abbatem et monachos memoratos poterit questiones, vos extunc cognita veritate ipsum comitem ad satisfaciendum eisdem^{jj)} de datis dampnis et irrogatis iniuriis et ab ipsorum molestatione indebita desistendum per^{kk)} excommunicationis sententiam in personam et, si necesse fuerit, interdicti in terram suam sublato appellationis opstaculo compellere absque more dispendio non taretis, commissione ista, quociens opus fuerit, usque ad triennii tempus usuri iurisdictionem vestram ad alia maleficia, si qua interim contra idem monasterium commiserit, extendendo, ita quod ea, que sibi a sede apostolica sunt indulta, faciatis per distractionem ecclesiasticam firmiter observari. Non obstantibus literis, si que apparuerint harum tenore tacito a sede apostolica impetrate.

Quodsi non omnes hiis^{ll)} et cetera, duo vestrum ea sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo nichilominus exequantur.

Datum Laterani, Idus Novembris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

Super^{mmm)} hoc scriptum est^{mmm)} nobili viro comitiⁿⁿ⁾ Niuernensi.

Super^{ooo)} hoc scriptum est^{ooo)} regi Francorum illustri.

127.

Innocenz III. befiehlt dem Erzbischof (Peter) von Sens und dessen Suffraganen (und dem Erzbischof [Rainald] von Lyon und dessen Suffraganen), auf Aufforderung durch den Abt (Galterus) und den Konvent von Vézelay alle ihre Diözesanangehörigen, die entgegen päpstlichen Privilegien den Immunitätsbezirk der Abtei verletzen, der Exkommunikation zu unterwerfen, bis sie Genugtuung leisten und von ihnen oder, wenn notwendig, vom Papst die Absolution erlangen.

Lateran, 1211 November 18.

^{ff)} Rechts am Rande drei nebeneinander stehende Punkte. ^{gg)} Korr. aus honoris durch Unterpunktierung des -s. ^{hh)} Bosquet, Migne: matris. ⁱⁱ⁾ Bosquet, Migne: conquerendi. ^{jj)} eidem; eidem bei Bosquet und Migne. ^{kk)} p(er) auf Rasur. ^{ll)} Fehlt bei Bosquet und Migne. ^{mmm-mm)} Davor ein Paragraphenzeichen; Baluze, Migne: Scriptum est super hoc. ⁿⁿ⁾ Bosquet: .. Comiti. ^{ooo-oo)} Baluze, Migne: Scriptum est super hoc.

Reg. Vat. 8, fol. 73^r (Nr. 127).
Bosquet 266, Nr. 127 = Baluze II 565, Nr. 127 = Migne, PL, 216, 484, Nr. 127; Quantin, Cartulaire Yonne, III 50, Nr. 109. – Poth. Reg. 4336, 4336; Bréquigny, Table chronologique, IV 514.*

[Senonensi archiepiscopo¹⁾ et suffraganeis eius²⁾]³⁾.

5 Cum^{b)} quieti Viriliacensis^{c)} monasterii³⁾, quod sedem apostolicam nullo respicit medi-
 ante⁴⁾, paterna volentes sollicitudine providere, inter cetera, que nos predecessorum nos-
 10 trorum sequentes vestigia eidem monasterio duximus indulgenda, auctoritate apostolica
 interdicerere curaverimus sub excommunicationis vinculo inhibentes, ut infra eiusdem mo-
 nasterii pertinentias crucibus terminatas⁵⁾ nullus hominem capere, invadere seu bona sua
 15 auferre sive assaultum facere vel quamlibet offensionem irrogare presumat⁶⁾, et nonnulli
 filii Belial Dei timore posthabito tempore hoc, quo superhabundat iniquitas refrigescente
 caritate multorum, apostolica inhibitione contempta contravenire presumant immuni-
 20 tatem huiusmodi sepius infringendo, sicut dilectorum filiorum abbatis⁷⁾ et conventus ei-
 usdem loci nobis conquestio patefecit, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus
 atque precipimus, quatinus, cum ab eiusdem monasterii abbate ac fratribus fueritis requi-
 siti, quilibet vestrum parochianos suos, quos constiterit immunitatem predictam temere
 infregisse, tamdiu faciat, nisi congrue satisfecerint, excommunicationis sententie subiacere
 et^{d)} tamquam^{d)} excommunicatos ab omnibus arcus vitari, donec satisfacione de perpetra-
 25 tis excessibus exhibita competenti per eum beneficium absolutionis obtineant vel, si forte
 delicti quantitas id exegerit, ad sedem accesserint apostolicam absolvendi.

vgl. Dt 13, 13 u. ö.
 vgl. Mt 24, 12

Datum Laterani, XIII Kal. Decembris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

In^{e)} eundem modum scriptum est Lugdunensi archiepiscopo⁸⁾ et suffraganeis eius⁹⁾.

128.

*Innocenz III. trägt dem Erzbischof (Peter) von Sens und dem Bischof (Herveus) und dem
 25 Domdekan (Nikolaus) von Troyes auf, zu untersuchen, ob der Streitfall zwischen dem könig-
 lichen Kämmerer Orso als Herrn von Méréville und dem Bischof (Manasses) von Orléans in*

127. ^{a)} So Bosquet und Migne; in der Hs. hingegen die Adresse von Br. 134: Patriarche Ier(oso)limitan(o), ap(ostoli)ce sedis legato; in den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 38^v): Archiepiscopo Senonensi et suis suffraganeis. ^{b)} Am Rande: no(ta) b(e)n(e). ^{c)} Bosquet: Virziliacen.; so auch Migne. ^{d-d)} Fehlt bei Migne. ^{e)} Davor ein Paragraphenzeichen.

127. ¹⁾ S. Br. XIV 11 Anm. 1.

²⁾ S. Br. XIV 11 Anm. 2.

³⁾ S. Br. XIV 123 Anm. 4.

⁴⁾ Nach der Lösung aus dem Verband von Cluny 1162 (Alexander III.: JL 10720). S. Br. I 137, 35 150. Vgl. PFAFF, *Liber Censuum*, Nr. 499; HAGENEDER, *Rechtsstellung*, passim; FOREVILLE, *Innocent III et la France*, 57f.

⁵⁾ Zum Immunitätsbezirk um die Abtei und einige umliegende Ortschaften und dessen Eingrenzung durch Kreuze vgl. CHÉREST, *Etude*, II 20, 364f.; HAGENEDER, *Rechtsstellung*, 92f. mit Anm. 22; FOREVILLE, *Innocent III et la France*, 57f.

⁶⁾ Br. I 150 vom 5. Mai 1198, Bd. 1 S. 219 Z. 15–18.

⁷⁾ S. Br. XIV 123 Anm. 4.

⁸⁾ S. Br. XIV 53 (54) Anm. 2.

⁹⁾ Suffragane von Lyon: Autun, Chalon-sur-Saône, Langres, Mâcon.

die Kompetenz geistlicher oder weltlicher Richter fällt, und, falls der Kämmerer Letzteres vor päpstlich delegierten Richtern zu beweisen bereit war, das Interdikt, das diese über sein Land verhängt haben, aufzuheben.

Lateran, 1211 November 16.

Reg. Vat. 8, fol. 73^r–73^v (Nr. 128).

Bosquet 267, Nr. 128 = Baluze II 565, Nr. 128 = Migne, PL, 216, 485, Nr. 128. – Poth. Reg. 4333; Bréquigny, Table chronologique, IV 514.

5

Archiepiscopo Senonensi¹⁾ et episcopo²⁾ et dilecto filio ..^{a)} decano³⁾, Trecen(sibus).

Sicut dilectus filius nobilis vir Vrsio, camerarius⁴⁾ carissimi in Christo filii nostri Ph(ilippi), Francorum regis⁵⁾ illustris, transmissis nobis suis litteris indicavit, cum a venerabili fratre nostro Aurelianensi^{b)} episcopo⁶⁾ super duobus feodis, que dicebat ad se dictus episcopus pertinere, coram dilecto filio decano^{c)} Carnotensi⁷⁾ et coniuditibus suis auctoritate nostra traheretur in causam, memoratus episcopus proposuit in ipsorum iudicium presentia contra ipsum, quod domum quandam^{d)} eorum feodorum alteri pertinentem idem camerarius devastarat deportans ibidem inventa pro libito violenter et alterum feodum occupans minus iuste, licet dictus episcopus de suis hominibus numquam sibi debitam iusticiam denegasset. Propter quod et domum rehedificari destructam cum ablatorum restitutione ac feodum taliter occupatum sibi ab eodem restitui cum instantia postulabat.

Sed ad hec ex parte ipsius responsum fuit taliter ex adverso, quod non debebat super hiis coram ipsis iudicibus litigare pro eo, quod, si quid in ipsis vel de ipsis feodis fecerat, pretextu castellanie de Mereuilla⁸⁾ potuit fecisse licenter, et id tanto tempore obtinuerat, quod non extabat memorialiter^{e)} esse factum. Proposuit^{f)} insuper, quod ipsam castellaniam de feodo regio possidebat et tale ius erat castellanie ipsius, quod, si quis infra eiusdem metas homicidium perpetraret, dominus Mereuille in homicidam * exercens publicam ultionem non tantum bona ipsius capere verum eciam suas potest possessiones positas infra metas dicte castellanie diripere, sive in feodum sive modo alio illas a quocumque teneat homicida, et id sibi eciam licet illi facere vel inferre, qui dicto domino castri Mereuille^{g)} debitam custodiam denegaret^{h)}. Propter que, si domum vastaverat memoratam sibi vendicatis bonis in homicidam, cuius erat ipsa, vindictam publicam exequendo et de feo-

fol. 73

128. ^{a)} Fehlt bei Bosquet. ^{b)} Bosquet: .. Aurelianen. ^{c)} Bosquet: .. Decan. ^{d)} que(n)da(m); quandam bei Bosquet und Migne. ^{e)} Baluze, Migne: memoria aliter. ^{f)} Bosquet: Praeposuit; Baluze, Migne: Proposuit. ^{g)} Bosquet: Meruillae. ^{h)} denegare, so auch Bosquet; die Emendation bei Baluze und Migne.

128. ¹⁾ S. Br. XIV 11 Anm. 1.

²⁾ S. Br. XIV 51 (52) Anm. 10.

³⁾ S. Br. XIV 124 Anm. 3.

⁴⁾ Orso von Villebéon und Nemours, Sohn von Walter le Chamberlain, 1165–1233, in verschiedenen Hofämtern unter Philipp II. August, Ludwig VIII. und Ludwig IX. Vgl. RICHEMOND, *Recherches*, I 36, 73; BALDWIN, *Government*, 107f. und ad indicem.

⁵⁾ S. Br. XIV 51 (52) Anm. 2.

⁶⁾ S. Br. XIV 51 (52) Anm. 5.

⁷⁾ Wilhelm, als Domdekan von Chartres (Suffr. von Sens) bezeugt 1206–1212. Vgl. MERLET–MERLET, *Dignitaires*, 13, Nr. 20.

⁸⁾ Méréville (Arr. Étampes, Dép. Essonne). Die Herrschaft Méréville hatte Orso von seinem Vater geerbt. Vgl. RICHEMOND, *Recherches*, I 73.

35

40

45

do alio pro eo, quod ipsi debita dicti castri custodia negabatur, se posuit in sasinam, nullam ob hoc dicto episcopo iniuriam irrogabat, immo in hiis utebatur potius iure suo, presertim cum in presentia dicti regis de feodo ipso dicto episcopoⁱ⁾ iusticie plenitudinem obtulerit se facturum et ipsum regem asseruerit inhibuisse sibi ratione dominiⁱ⁾ viva voce, ne de premissis feodo spectante ad ipsum non nisi coram eo alicui responderet exhibens litteras eiusdem regis monitorias iudicibus memoratis, ut prefato supersederent negotio, quia paratus erat eidem episcopo super ipsoⁱ⁾ feodo iusticiam exhibere, sed causam ipsam ad eundem regem remitterent audiendam. Sed ipsi iudices non contestata lite ipsius camerarii exceptiones huiusmodi minime admittentes terram suam sub interdicti sententia posuerunt⁹⁾, propter quod gravamen idem camerarius verebatur, ne adversus eum presumerent graviora.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si vobis constiterit cognitionem et decisionem ipsius negotii non ad ecclesiasticum sed ad secularem iudicem pertinere ipsumque camerarium paratum fuisse hoc in delegatorum presentia comprobare, vos interdicti sententiam prolatam ab eis in terram ipsius faciatis sublato appellationis obstaculo non servari; nullis litteris veritati et iusticie preiudicantibus a sede apostolica impetratis.

Quodsi non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea et cetera.

Datum Laterani, XVI Kal. Decembris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

129.

20

Rechtsauskunft für den Bischof (Peter) von Ascoli (Piceno): Die Ausübung des Tabellionats ist allen geweihten Klerikern bei Verlust der Pfründen zu verbieten.

Lateran, 1211 November 26.

Reg. Vat. 8, fol. 73^v (Nr. 129).

25 *Bosquet 268, Nr. 129 = Baluze II 566, Nr. 129 = Migne, PL, 216, 486, Nr. 129. – Comp. IV 3. 19. 1; Coll. Fuld. 3. 33. 4; X 3. 50. 8. – Poth. Reg. 4337; Franchi, Ascoli pontificia, I 87, Nr. 67.*

Episcopo Esculano¹⁾.

Sicut²⁾ te accepimus referente, cum venerabilis frater noster episcopus Hostiensis²⁾ olim per tuam transiens civitatem tibi dederit in mandatis, ut presbiteros, diaconos et subdiaconos, quos ibidem invenit passim tabellionatus officium exercentes, excommunicationis vinculo innodares et eos, qui ab illis publica reciperent instrumenta, tu, licet id feceris, ex

ⁱ⁾ *Darnach: esset; so auch Bosquet; die Emendation bei Baluze und Migne.* ⁱ⁾ *Fehlt bei Bosquet und Migne.*

⁹⁾ *Novellen 53. 4 (Ed. SCHOELL–KROLL 303); Br. I 362 Bd. 1 S. 547 Z. 3–5 = Comp. III 2. 3. 1 = X 2. 6. 1 (FRIEDBERG, CorpIC, II 259).*

129. ²⁾ *Am Rande: Hoc c(apitulum) est de ne(gotiis) cl(er)ici vel monachi (X 3. 50. 8); am rechten Rand drei Punkte und ein senkrechter Strich.*

129. ¹⁾ Peter (I.), B. von Ascoli Piceno 1209–1222. Vgl. CAPPELLETTI, *Chiese*, VII 728–732.

²⁾ Hugo (Hugolinus), KD. von S. Eustachio 1198, (K.-)B. von Ostia und Velletri 1206, Papst Gregor IX. 1227–1241.

40

mandato tamen dicti^{b)} episcopi^{b)} dissimulasti postmodum de subdiaconis³⁾, donec, qualiter contra ipsos et alios in sacris ordinibus constitutos deberes procedere, sedem duceres apostolicam consulendam. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus clericis in sacris ordinibus constitutis tabellionatus officium per beneficiorum suorum subtractionem appellatione postposita interdicas. 5

Datum Laterani, VI Kal. Decembris, pontificatus nostri anno XIII^o.

130.

Innocenz III. trägt seinem Legaten, dem Elekten (Gerhard) von Albano, auf, in lombardischen Kirchen, deren Pfründen missbräuchlich auf mehrere, auch zum Priesteramt ungeeignete, Inhaber aufgeteilt sind, so dass Mangel an Priestern herrscht, die Geeigneten unter ihnen unter Androhung des Pfründenverlusts zu zwingen, die höheren Weihen zu empfangen, und die Anderen durch geeignete Personen zu ersetzen. 10

Lateran, 1211 Dezember 3.

Reg. Vat. 8, fol. 73^v (Nr. 130).

Bosquet 268, Nr. 130 = Baluze II 566, Nr. 130 = Migne, PL, 216, 487, Nr. 130. – Poth. Reg. 4341. 15

Albanensi electo, apostolice sedis legato¹⁾.

Ad audientiam nostram te significante pervenit, quod, licet quamplures ecclesie Lombardie certum numerum habeant prebendarum, illarum tamen canonici dictum numerum excedentes plerumque ad unam prebendam plures de suis eligunt consanguineis et amicis, qui, cum sint iuvenes et insufficientes ad obsequium earundem et nolint vel forte non debeant ad superiores ordines promoveri, contingit^{a)} ibidem propter eorum scismata idonearum personarum interesse defectum et maxime sacerdotum; quare in spiritualibus et temporalibus non modicum sustinent detrimentum. Unde nobis humiliter supplicasti, ut certo numero non obstante dictas ecclesias de personis idoneis, que velint et possint onus huiusmodi sustinere, tibi liceat ordinare. 25

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si quos inveneris in ipsis idoneos ad gradum sacerdotii assumendum, tu illos, ut se ad superiores ordines faciant promoveri, per subtractionem beneficiorum appellatione cessante compellas. Alioquin in prefatis ecclesiis personas idoneas, per quas huiusmodi possit^{b)} suppleri defectus, iuxta quod videris expedire, appellatione postposita ordines, removendo prorsus ab illis eos, qui ad unam eandemque prebendam contra statuta canonica²⁾ insimul sunt assumpti, non obstante contradictione insufficientium vel eorum, qui tales eligere vel assumere presumpserunt. 30

Datum Laterani, III Non. Decembris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

^{b-b)} *Bosquet, Migne: episcopi dicti.*

³⁾ Zur Zuordnung der Subdiakone zu den höheren Weihegraden durch Innocenz III. s. Br. X 164 vom November/Dezember 1207.

130. ^{a)} *Baluze, Migne: contingit.* ^{b)} *Bosquet, Migne: possint.*

130. ¹⁾ S. Br. XIV 49 (50) Anm. 2.

²⁾ Konzil von Tours 1163, c. 1 = Comp. I 3. 5. 10 = X 3. 5. 8 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 466). S. Br. VIII 190 (189) Bd. 8 S. 325 Z. 17–24. 40

131.

Innocenz III. ermahnt den König (Philipp August) von Frankreich, den vom Erzbischof (Robert) von Rouen angezeigten Missbrauch der Justiziere und anderer Funktionäre des Königs in der Normandie zu unterbinden, die Laien an der Stiftung von Seelgeräten und der Errichtung von Testamenten hindern und nach deren Tod ihre Güter unter dem Vorwand, sie wären Wucherer gewesen, für den königlichen Fiskus konfiszieren. (Der Abt [Johannes] von Saint-Victor, der Archidiakon W[ilhelm] und der Domkanzler [Johannes] von Paris sollen ihn dazu veranlassen.)
Lateran, 1211 Dezember 2.

Reg. Vat. 8, fol. 73^v–74^r (Nr. 131).

10 Bosquet 269, Nr. 131 = Baluze II 567, Nr. 131 = Migne, PL, 216, 487, Nr. 131. – Poth. Reg. 4339; Bréquigny, Table chronologique, IV 515.

Illustri regi Francorum¹⁾.

Sincera^{a)} caritatis affectio, quam erga personam tuam gerimus, nos inducit, ut quanto propensius regium zelamur honorem, tanto sollicitius tibi suadere curemus, ne quid umquam per te vel tuos erga sanctam ecclesiam Christi sponsam aut ipsius iura improvide attemptetur, per quod ei valeat derogari, presertim cum illius intuitu, a quo ad ipsius defensionem ecclesie gladium suscepisti, eandem tenearis potius defensare. Sane ad nostram noveris audienciam referente venerabili fratre nostro Rothomagensi^{b)} archiepiscopo²⁾ pervenisse, quod iustitiarum tui per Normanniam^{c)} constituti et quidam alii regie ditoni subiecti postponentes penitus zelum Dei prepediunt^{d)} laicos egritudine laborantes, ne de terris vel^{e)} suis^{f)} hereditatibus aliquid in elemosinam alicui largiantur sive pro suarum animarum salute secundum ecclesiasticam sanctionem vel condant testamentum exinde in ultima voluntate, imponentes illis post obitum * crimen, [sicut]^{f)} asserit, usurarum, qui penitentes iudicio ecclesie satisfactione premissa viam sunt universe carnis ingressi, ut pretextu criminis usurarum decedentium bona fisco regio in detrimentum iuris ecclesiastici applicentur³⁾.

Quia igitur te non decet huiusmodi sustinere, cum hoc vergat in derogationem ecclesiastice libertatis, serenitatem regiam rogandam^{g)} duximus propensius et monendam^{g)}, quatinus exequutores prefatos taliter ab^{h)} huiusmodi temeritate tradita tibi potestate compescas, quod moderamine regio hec detestanda extorsio extirpetur et preterⁱ⁾ eternam gloriam, quam ex hoc promereberis in futuro, gratiam tibi Dominus augeat in presenti.

Datum Laterani, IIII Non. Decembris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

Super^{j)} hoc scriptum est dilectis filiis abbati^{k)} sancti Victoris⁴⁾, W(illemo) archidiacono⁵⁾ et cancellario⁶⁾, Parisien(sibus), ut dictum regem ad hoc efficaciter moveant et prudenter inducant.

35 131. ^{a)} Am Rande ein schräger Strich. Baluze, Migne: Sincerae. ^{b)} Bosquet: .. Rothomagen. ^{c)} Bosquet, Baluze: Normanniam; Normania auch in den Rubrizellen (BN Paris, Lat. 4118, fol. 39^r); Migne: Northmaniam. ^{d)} Bosquet: praepediunt. ^{e-e)} Migne: suis vel. ^{f)} So Bosquet und Migne. ^{f-f)} Bosquet, Migne: rogamus et monemus. ^{h)} ad; ab bei Bosquet und Migne. ⁱ⁾ Bosquet: propter; Baluze, Migne: praeter. ^{j)} Davor ein Paragraphenzeichen. ^{k)} Bosquet: ... Abbati.

40 131. ¹⁾ S. Br. XIV 51 (52) Anm. 2.

²⁾ Robert Poulain, EB. von Rouen 1208–1221. Vgl. TABBAGH, *Fasti II: Rouen*, 79f.

³⁾ Conc. Lat III c. 25 = Comp. I 5. 15. 2 = X 5. 19. 3 (FRIEDBERG, *CorpIC*, II 812).

⁴⁾ S. Br. XIV 123 Anm. 2.

⁵⁾ S. Br. XIV 51 (52) Anm. 11.

45 ⁶⁾ S. Br. XIV 123 Anm. 3.

* fol. 74^r

vgl. Ios 23, 14; 3Rg 2, 2

132.

Innocenz III. bestätigt der Abtei Saint-Germain-des-Prés in Paris das Urteil, das päpstlich delegierte Richter in ihrem Prozess gegen H(odierne) von Nogent und deren Söhne zugunsten der Abtei gefällt hatten und das von nachfolgenden Richtern bestätigt wurde, und teilt ihnen mit, dass er dem Archidiakon A(dam ?), dem Succentor (Peter) und dem Dekan (Garnerius) 5 von Saint-Germain-l'Auxerrois, alle von Paris, befohlen hat, nach Revokation erschlichener päpstlicher Briefe die Exkommunikation über H(odierne)s Sohn Wilhelm und Andere aufrechtzuerhalten, bis er Genugtuung für die der Abtei zugefügten Schäden geleistet und sich für sich und seine Erben verpflichtet hat, den Urteilspruch anzuerkennen.

Lateran, 1211 Dezember 13. 10

Reg. Vat. 8, fol. 74^r–75^r (Nr. 132).

Empfängerüberlieferung: Original: Paris, Archives Nationales, L 238, Nr. 75; Dr.: Poupardin, Recueil, II 181, Nr. 394; Reg.: Barbiche, Actes pontificaux, I 41, Nr. 96; vgl. Baumgarten, Miscellanea, I 97, Nr. 11.

Bosquet 270, Nr. 132 = Baluze II 567, Nr. 132 = Migne, PL, 216, 488, Nr. 132. – Poth. Reg. 4346; 15 Bréquigny, Table chronologique, IV 515.

Abbati¹⁾ et conventui sancti Germani de Pratis, Parisien(sibus).

Cum olim ex parte vestra nobis fuisset querimonia presentata, quod nobilis mulier H(odierne) de Nongento²⁾ et filii eius ac quidam alii Suessionensis diocesis homines monasterii vestri sua potentia deprimentes carceri manciparent et eis imponentes exactiones³⁾ in- 20 debitas prata, vineas et alias possessiones vestras invaderent violenter, venerabili fratri nostro episcopo^{b, 3)} et dilectis filiis decano^{c)} sancti Frambaldi⁴⁾ et magistro I(ohanni) canonico⁵⁾,

132. ^{a)} exco(mmun)icatio(n)es; exactiones bei Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung. ^{b)} Bosquet: .. Episcopo. ^{c)} Bosquet: .. Decan.

132. Empfängerüberlieferung (kollationiert mit einem Photo des Originals): 25

17: Abbati] Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis .. abbati. 17: Parisien(sibus)] Parisien(sibus), salutem et apostolicam benedictionem. 20: exco(mmun)icatio(n)es] exactiones; s. Anm. a. 22: episcopo] .. episcopo. 22: decano] .. decano.

132. ¹⁾ Johannes (I.) von Vernon, als Abt von Saint-Germain-des-Prés (Ben.-Abtei in Paris) bezeugt 1207–1216. Vgl. *Gallia Christiana* VII 447f.; MOLINIER, *Obituaires Sens*, I 283, 285, 301. 30

²⁾ Hodierne, Gattin des Thesaurars des Grafen Heinrich I. der Champagne, Artaud, der in Nogent (ht. Nogent-l'Artaud, Cant. Charly, Arr. Château-Thierry, Dép. Marne) eine Burg errichtete; nach Artauds Tod 1190/1195–1210 Herrin von Nogent. Vgl. EVERGATES, *Aristocracy*, 182f., 260. Den Konflikt mit der Abtei von Saint-Germain – Artaud war Vogt über die Ländereien der Abtei in der Champagne, insbesondere das Priorat in Nogent, und errichtete dortselbst seine Burg – versuchte erstmals 1182 der EB. von Reims beizulegen: POUPARDIN, *Recueil*, I 279, Nr. 198; vgl. CUBADDA, *Seigneurs*, bes. 54–59. 35

³⁾ Gottfried (II.), B. von Senlis (Suffr. von Reims) 1185–1213, gest. 1214. Vgl. *Gallia Christiana* X 1405–1409.

⁴⁾ Vielleicht Hermerus, als Dekan von Saint-Frambourg (Kollegiatstift in Senlis, Dép. Oise) bezeugt 1187, 1206, 1207; ein Dekan H. 1210. Vgl. *Gallia Christiana* X 1474f.; LEBLOND, *Cartulaire*, 45, Nr. 34; POUPARDIN, *Recueil*, II 128, Nr. 340.

⁵⁾ In einer Urkunde König Philipps II. vom August 1212 (s. unten Anm. 36) „I. poeta“: Magister Johannes poeta ist erstmals 1172/1173 als Kleriker des Kardinalbischofs Odo von Tusculum, danach

Siluanecten(sibus), nostris dedimus litteris in mandatis, ut pefatam nobilem et alios monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellerent ab huiusmodi presumptione desistere et, ut tenebantur, restituere occupata. Cum igitur iudem predictam nobilem legitime citavissent et ipsa per magistrum H., procuratorem suum, ipsorum se conspectui presentasset^{d)}, super diversis capitulis et querelis, que in eorundem iudicum^{e)} sententia continentur expresse, hincinde propositis lis exstitit contestata et legitimis induciis^{f)} assignatis testes, quos pars utraque produxit, iidem iudices receperunt, quorum depositionibus postmodum de consensu partium publicatis^{g)} et competentibus terminis disputatione pluries habita super eis tandem partibus iniuncxerunt, ut suas redigerent allegationes in scriptis et eas sibi termino, quem eis assignaverant^{h)}, presentarent.

Verum procurator nobilis antedictæ statuto termino comparuit coram eis et temporis prescriptionem allegans ad probandum eandem inducias postulavit. Iudices vero, quia iam erant depositiones testium publicate, interloquendo dixerunt, quod super hoc testes non erant aliqui admittendi, sed, si haberet aliqua instrumenta, illa exhibere curaret; at procurator predictus ab interloquutoria ipsa vocem ad nos appellationis emittens appellationi sue certum terminum assignavit. Verum, quia in nostris litteris remotusⁱ⁾ erat appellationis obiectus, dicti iudices habito super hoc iurisperitorum consilio appellationem ipsam frivolam reputantes et ad proferendam sententiam certum terminum prefigentes pefatam nobilem peremptorie citaverunt, in quo vobis comparentibus ipsa nec per se nec per aliquem responsalem ipsorum se conspectui presentavit. Propter quod iterato illam peremptorie citaverunt, sed quia tunc comparere contempsit, tercio peremptorie evocarunt eandem ad sententiam audiendam⁶⁾. Cum ergo tunc eciam eorum contempsisset adire presentiam per se vel idoneum responsalem, ipsi habito prudentum virorum consilio visis et auditis attestacionibus et utriusque partis rationibus diligenter inspectis diffinitivam in scriptis sententiam protulerunt⁷⁾.

Postmodum vero, cum B., procurator monasterii vestri, a nobis postulasset eandem sententiam confirmari et H., eiusdem nobilis procurator, se opposuisset eidem, dilectum filium I(acobum ?), subdiaconum et capellanum nostrum⁸⁾, eis concessimus auditorem, in cuius presentia licet procurator pefate nobilis nichil rationabile obiecisset, sicut ab eodem didicimus auditore, occulte tamen, ut dicitur, super ipso negocio contra inhibitionem auditoris eiusdem litteras impetravit et illicentiatus abscessit.

^{d)} presentassent; presentasset *bei Bosquet*; *so auch Migne*; *s. die Empfängerüberlieferung*. ^{e)} *Migne*: iudicium. ^{f)} *indiciis*; *induciis bei Bosquet und Migne*; *s. die Empfängerüberlieferung*. ^{g)} *Über -u- ein überflüssiger Kürzungsstrich*. ^{h)} *Das zweite -a- korr. aus -e-*. ⁱ⁾ *-u- korr. aus -i-*.

5: presentassent] presentasset; *s. Anm. d.* 7: *indiciis*] *induciis*; *s. Anm. f.*

Bernreds von Palestrina genannt; Papst Alexander III. verfügte 1179 gegen lokale Widerstände seine Provision mit einer Domkanonikerpfünde im Bistum Senlis; *s. LOHRMANN, PU in Frankreich*, N. F. VII: Ile-de-France, 74, Nr. 37; 76f., Nr. 2–6; 500f., Nr. 211f. (*JL* 13440, 13442, 14081). Zu seiner Tätigkeit als päpstlich delegierter Richter *s. LOHRMANN, ebd.*, 661, Nr. 354; *MIGNE, PL*, 217, 144, Nr. 91 (*Poth. Reg.* 2400); Br. X 4. Vgl. *HAYE, Päpste und Poeten*, 50f.

⁶⁾ *Decretum Gratiani* C. 5 q. 2. a. c. 1 (*FRIEDBERG, CorpIC*, I 545).

⁷⁾ Im Oktober 1206; Dr.: *POUPARDIN, Recueil*, II 128, Nr. 340.

⁸⁾ Vielleicht Iacobus, der auch 1206 (Br. IX 111) und 1208 (Br. XI 159 [164]: Iac.) als Auditor eingesetzt wurde. Vgl. *ELZE, Kapelle*, 179 mit Anm. 204; *JOHRENDT, Kreuzzug*, 88.

Nos igitur, ne idem ex fraude sua videretur commodum reportasse⁹⁾, dilectis filiis abbati^{j)} sancti Dionisii¹⁰⁾ et de Strata^{k, 11)} et sancti Dionisii¹²⁾ prioribus, Parisiensis diocesis, dedimus in mandatis, ut huiusmodi litteris non obstantibus inquirerent de predicta sententia diligentius veritatem et, si iustam reperirent eandem, ipsam auctoritate apostolica confirmarent et facerent per censuram ecclesiasticam appellatione postposita firmiter observari. Partibus igitur in eorum presencia constitutis pars vestra postulavit instanter, ut iuxta mandatum apostolicum inquirerent de sententia memorata et confirmarent eandem, si iuste ac rite cognoscerent promulgatam, ipsam sententiam producens in medium sigillis predictorum iudicum communitam. Ceterum procurator nobilis sepedicte sententiam ipsam sibi peccit exhiberi et terminum assignari, infra quem plenius super transcripto ipsius deliberare valeret. Quibus ipsi^{l)} concessis, cum tandem post alteraciones multiplices ad invicem habitas pluribus terminis partibus assignatis eodem^{m)} essent in ipsorum presentia constitute ac pars vestra in postulatione confirmationis sententie perseverans super ea veritatem petiisset inquiri, iudices ipsi a procuratore ipsius nobilis quesierunt, utrum aliquid sententie vellet obicere, propter quod ad ipsius confirmationem * procedere non deberent; qui se nichil contra sententiam coram eis proponere velle respondens nec aliquid agere in ipsorum presentia in vocem appellationis prorupit et recessit contumaciter ab eisdem. Ipsi vero eandem nobilem peremptorie citaverunt; coram quibus procurator ipsius comparens appellationem, quam prius emiserat, innovavit recedens ab eorum presentia contumaciter iterato. Porro iudices ipsi attendentes, quod huiusmodi frustratorie appellationis obtentu¹³⁾ non esset negocium differendum, cum in nostris litteris appellationis esset diffugium interclusum, inquisiveruntⁿ⁾ de prefata sententia diligenter inspicientes dicta testium coram prioribus iudicibus productorum, et cum nichil rationabile invenissent, propter quod deberet ipsius confirmatio retardari, de prudentum virorum^{o)} consilio iuste ac rite prolatam pronuntiaverunt eandem et auctoritate apostolica confirmarunt, iuxta quod in eorum autentico plenius continetur¹⁴⁾.

Postmodum autem vos gravem in auditorio nostro fecistis querimoniam recitari, quod, cum super prefatis querelis ad dictum episcopum et coniudices suos nostras licteras imetraveritis et ipsi testibus hincinde receptis, sicut superius est expressum, et rationibus utriusque partis plenius intellectis in quibusdam pro dicta^{p)} nobili et in quibusdam pro monasterio vestro sententiam promulgarint et prefatus abbas sancti Dionisii et college ipsius de

⁹⁾ *Bosquet*: .. Abbati; *fehlt bei Baluze und Migne*. ^{k)} *Bosquet*: .. Strata. ^{l)} *Korr. aus ipsis durch Unterpungierung des -s*. ^{m)} *Migne*: eadem. ⁿ⁾ *Bei Bosquet folgt: et*. ^{o)} *Fehlt bei Bosquet und Migne*. ^{p)} *Bosquet*: dictas; *Baluze, Migne*: dicta.

2: abbati] .. abbati. 2: et sancti] et .. sancti.

⁹⁾ Vgl. Br. XIV 140 Anm. 4.

¹⁰⁾ Heinrich (I.) Troon, als Mönch 1189 bezeugt, Abt von Saint-Denis (Ben.-Abtei bei Paris) 1204–1221. Vgl. *Gallia Christiana* VII 384f.; FÉLIBIEN, *Histoire*, 215–221; LEBEL, *Actes de Saint-Denis*, XV.

¹¹⁾ Saint-Denis-de-l'Estrée, Priorat von Saint-Denis an der Straße zwischen Paris und Pontoise, Cant. Gonesse, Arr. Sarcelles, Dép. Val-d'Oise.

¹²⁾ Vielleicht Haimerich, der als Prior von Saint-Denis stellvertretend für den Abt am Laterankonzil 1215 teilnahm und von Innocenz III. für die Abtei mit einer Reliquie des Dionysius Areopagita beschenkt wurde: *Pothb. Reg.* 5043 (4. Januar 1216); bezeugt 1229; vgl. FÉLIBIEN, *Histoire*, 219f.; LEBEL, *Actes*, XVI.

¹³⁾ Vgl. *Digesten* 22. 1. 41 (Ed. MOMMSEN 288).

¹⁴⁾ Im Dezember 1207; Dr.: POUPARDIN, *Recueil*, II 143, Nr. 356.

mandato sedis apostolice sententiam confirmarint eandem, prefata nobilis confisa potius de sua potentia quam de iure utriusque sententiae se contumaciter opposuerat nec monasterium vestrum super⁹⁾ rebus adiudicatis eidem desierat molestare. Propter quod ex parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut finem litibus imponentes, quod a predictis iudicibus nostra fuerat auctoritate statutum, apostolico dignaremur munimine roborare.

Econtra vero R., dicte nobilis procurator, tunc proposuit coram nobis, quod, cum eadem nobilis a primis iudicibus manifeste sentiens se gravari nostram audientiam appellasset, ipsi appellationi eius minime deferentes tam diffinitivam quam excommunicationis tulerunt sententiam contra eam¹⁵⁾, quam cum postmodum per iudices posteriores confirmari peteretis instanter ac ipsa coram eis legitimis exceptiones proponeret, quas offerebat se coram arbitris continuo probaturam, quia ipsi iudices huiusmodi noluerunt exceptiones admittere, ab eis tanquam sibi certa ratione suspectis nostram iterum audientiam appellavit¹⁶⁾. Sed ipsi appellatione contempta nichilominus in negotio processerunt.

Nos igitur finem litibus volentes imponi dilectis filiis decano¹⁷⁾ et magistris Galtero¹⁸⁾ Cornuto¹⁸⁾ et R(oberto) Corzon¹⁹⁾ canonicis, Parisiensibus, nostris dedimus litteras in mandatis, ut, si constaret eisdem posteriores iudices perperam processisse, revocato in statum debitum, quicquid factum esset per eos, sententiam a prioribus iudicibus promulgatam, prout iustum foret, appellatione remota confirmare vel infirmare curarent; alioquin, quod a posterioribus iudicibus auctoritate nostra provide factum esset, per censuram ecclesiasticam facerent sublato appellationis obstaculo inviolabiliter observari; nullis litteris obstantibus preter assensum partium a sede apostolica impetratis. Sane duo illorum, decanus videlicet et magister G(alterus), tertio collega ipsorum se legitime excusante, partibus convocatis, examinatis testibus et publicatis attestationibus eorundem ac allegationibus diligenter auditis iurisque ordine in omnibus observato de prudentum virorum consilio processum posteriorum iudicum per diffinitivam sententiam confirmarunt, auctoritate, qua fungebantur, firmius inhibentes, ne quisquam in preiudicium confirmationis ipsius temere aliquid presumeret attemptare²⁰⁾.

Tunc vero dicta nobilis per suas est patentes litteras protestata, quod prefate sententiae parebat atque paret. Demum nos sepedictam sententiam a secundis et tertiis iudicibus

30 ⁹⁾ sub; super *bei Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung.* ¹⁾ *Bosquet: .. Decano.*
³⁾ *Bosquet, Migne: Gualtero; s. die Empfängerüberlieferung.* ¹⁾ *Corunto; Cornuto bei Bosquet und Migne; s. die Empfängerüberlieferung; siehe auch Anm. 18.* ⁴⁾ *Bosquet, Migne: de Corzon.*

1: sententiam] sententia. 3: sub] super; *s. Anm. q.* 14: decano].. decano. 14: Galtero] Gualt.; *s. Anm. s.* 15: Corunto] Cornuto; *s. Anm. t.* 21: preter – apostolica] a sede apostolica
 35 preter assensum partium.

¹⁵⁾ S. Br. XIV 44 (45) Anm. 4.

¹⁶⁾ S. Br. XIV 10 Anm. 4.

¹⁷⁾ Hugo Clementis, Domdekan von Paris 1195–1216, Abt von Saint-Spire in Corbeil, gest. 1217. Vgl. GUÉRARD, *Cartulaire Notre-Dame*, I 57, Nr. 52; 390, Nr. 24; IV 5, Nr. 10; LEBEUF, *Paris*, IV 259; 40 BALDWIN, *Masters*, I 7; BALDWIN, *Government*, ad indicem; PETERSEN, *Annatenerhebung*, 242, Anm. 1.

¹⁸⁾ Magister Galterus Cornutus (Cornu), als Domkanoniker von Paris bezeugt am 16. August 1209 und 1212 (vgl. POUARDIN, *Recueil*, II 164, Nr. 376), 1220 zum B. gewählt, aber nicht bestätigt, 1221 als Domdekan von Paris bezeugt, EB. von Sens 1222/1223–1241. Vgl. TABBAGH, *Fasti XI: Sens*, 104–109.

45 ¹⁹⁾ S. Br. XIV 15 Anm. 3.

²⁰⁾ Am 16. August 1209; Dr.: POUARDIN, *Recueil*, II 164, Nr. 376.

approbatam auctoritate apostolica confirmantes²¹⁾, dilectis filiis abbati^{v)} sancte Genouefe^{w, 22)}
 ac^{x)} priori^{y)} sancti Martini de Campis²³⁾ per scripta nostra mandavimus, ut eandem, sicut
 est iusta, auctoritate nostra sublato appellationis obstaculo facerent firmiter observari,
 contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes. Qui
 W(i)ll(el)m(um) militem filium eiusdem nobilis²⁴⁾ legitime citaverunt et eo in ipsorum
 5 presencia constituto ex parte vestra propositum extitit contra eum, quod ipse contra sepe-
 dictam sententiam temere veniens non servabat eandem, sed ipsam potius per violenciam
 infrungebat. Unde pars vestra postulavit, ut iuxta mandatum apostolicum ipsum compellerent
 ad observationem eiusdem. At ipse contra sententiam rationabile nichil obiciens
 quasdam opposuit exceptiones frivolas ad negocium differendum asserens dictum priorem
 10 sancti Martini sibi esse suspectum pro eo, quod tu, fili abbas, in causa sancti Martini
 executor tunc eras, quod tamen verum non fuerat, sicut ex parte vestra extiterat negatum
 * fol. 75: omnino. Adiecit eciam, quod, cum monachi sancti Martini * accedunt ad monasterium
 vestrum, tanquam fratres recipiuntur in eo et econverso monasterii vestri monachi recipi-
 untur ab illis, propter quod super hiis arbitros postulavit²⁵⁾. Ad hoc autem ultimum pars
 15 vestra respondit, quod non alio fraternitatis vinculo monachis sancti Martini quam aliorum
 monasteriorum monachis nigri ordinis eratis astricti. Predicti vero iudices, licet huiusmodi
